



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

[urn:nbn:de:hbz:466:1-36207](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-36207)



Th. 752.

E

103



P

IN

TRIC

bus

doi

to

IO

H
Lib

In


D E
CONIVGIO
DOCTRINA.

PER

D. IOHANNEM VVI.
gandum Episcopum Pome-
zaniensem.



Anno M. D. LXXVIII.



HO
VIRO
ST A
Sc



minum v
bus par
ur. Nam
us, sibi
nines pr
in eterna
breur. In
hpsum p
hiter fit
conserua

HONESTO
VIRO, VIRTUTE PRAE-
STANTI, HENRICO
Schroder, Generoso
suo Charis-
simo.

G. & P. per Christum.

Hominem ex hominē
nasci, ingens Dei mira-
culum est, licet, quia
quotidiē ob oculos ho-
minum versatur, a prophanis pecto-
ribus parū observetur & expendat-
ur. Nam tali pacto Deus sapientissi-
mus, sibi voluit multos cultores ho-
mines procreare, a quibus in hac, &
in aeterna vita cognoscatur & cele-
bretur. Imò licet Natura humana, per
hunc primorum hominum, horri-
biliter sit corrupta, & perdita, tamen
conseruat Deus ex immenso erga ho-
mines

A 2

mines amore, propagationem hominum à se ordinatam, & passione filij sui dilectissimi, fontem salutis hominibus aperire voluit, quo regenerarentur, nouæq; creaturæ fierent, in hac etiam vita, nouam erga Deum obedientiam inchoantes, promisit quoq; Deus in resurrectione ex mortuis, integram Naturæ humanæ restitutionem, & collocationem in æternam gloriam & vitam, eorum scilicet, qui credunt in Christum.

Meritò igitur Coniugium legitimum, ex quo nascuntur homines in hunc mundum, maximi faciendum est, & vera de eo doctrina, diligenter conseruanda, & ad posteritatem transmittenda est. Nam perpetua mundi, post lapsum in Paradiso factum, historia restatur: Vbiunq; falsa Religio viget, aut viget, quod ibi non magni facta sit aut fiat honestum Coniugium, & multis modis deformatum sit, ac deformetur etiamnum q. d. verò efficit Satan, hostis Dei & omnium

omnium
mus. Se
sum esse
qui & ex
contriuit
mines n
cultores T
rumq; ip
potest vir
polluere a
Equ
stantur, c
hominum
minæ, S
tum. Na
bitus, pe
sunt, sicut
bertini A
tsperpet
ergo, item
matronæ
tradita su
pe, aut à
litas verò
pudiandi

omnium operum ipsius immanissimus. Scit enim, ex foemina promissum esse Conculcatorem capitis sui, qui & exhibitus est, & caput ipsius contriuit. Scit quoque, ex Coniugio homines nasci, qui per regenerationem cultores Dei, & hostes Diaboli operumque ipsius fiunt. Quantis igitur potest viribus, Coniugium sanctum polluere ac dedecorare nititur.

Equidem gentiles historiae testantur, quantopere, Religione falsa hominum mentibus fascinatis, foeminae, & Coniugium sit conspurcatum. Nam alicubi promiscui concubitus, perinde ut canum, tolerati sunt, sicut etiam nostro tempore Libertini Anabaptistae, easdem foeditates perpetrarunt. Alicubi Religionis ergo, item certis festis, prostituta sunt matronae. Alicubi sponsae, non prius traditae sunt sponis, nisi vel a principe, aut a sacerdotae defloratae. Pluralitas vero coniugum, & temeritas repudiandi, & iterum acceptandi, quas

A 3 velint,

velint, apud plerastq̄ gentes consue-
tudinem obtinuit.

In regno Antichristi, cum muta-
ta Religione, etiam lex ista Dæmo-
niorū, vt vocat Apostolus. Timoth.
4. surrexit, vt honestum Coniugium
omnibus Ecclesiasticis, vt vocantur,
personis sit interdictum, etiam sub
pæna grauissimi supplicij. Hinc &
illa secuta sunt: Coniugium esse vitæ
genus, valde pollutum, & in quo dis-
ficile sit Deo seruire, & vitam æter-
nam consequi. Votum vero castita-
tis, esse statum perfectionis, propter
quod, etiam inita Coniugia possint
dirimi. Secutum & hoc est, quod for-
nicationibus tetrīs, tum clandestinis,
tum manifestis, domus clericorum
omnium, & multæ laicorum domus,
sint sceleratè & nequiter pollutæ. O-
cium enim, Bacchus, & Ceres, Dī
tutelares eorum, qui in Regno Anti-
christi, sine certo atq̄ illustri conti-
nentiæ dono præditi, votum perpo-
siti castitatis vouerunt, extiterunt, &
quæ

sunt adhuc hodie. Furor autem pro-
fer Diabolicus est, ista, contra tam
manifestam experientiam, quæ pas-
sim oculis adhuc exposita est, inficia-
tis, aut fucis obscurare velle.

Vbicunq; autem vera Dei do-
ctrina efflorescit, aut regnat, ibi Con-
iugium honestum, locum dignitatis
suar & Encomia iusta recuperat ac
tenet.

Sic hoc postremo mundi tem-
pore, verbo Dei ex Antichristi tene-
bris, magno magni Dei beneficio
iterum eruto, & in candelabrum a-
pertum atq; excelsum collocato, cœ-
pit quoq; hæc doctrina de Coniugio
crescere & afflorescere, quod Con-
iugium sit vitæ status Deo placens,
& quod pii Coniuges, operas vocati-
onis suæ facientes, multo magis Deo
seruire, & gratiora opera præstare
possint, quam Monachi aut Nonnæ.
Ratio euidens est. Quia opera in
Coniugio, sunt a Deo mandata. Mo-
nachorum vero vita, & cultus, non
A 4 habent

habent præceptum Dei. Imò perti-
nent ad eam Christi sententiam; Fru-
stra colunt me mandatis hominum,
Nam Monachatus & opera ipsorum,
sunt tantum traditiones humane, nã
mírur regulæ Benedictinæ, Franciscã-
canæ, & similes. Imo votum Mona-
chorum, quo abiurant Coniugium,
est Dæmoniacum, Parent enim legi
Dæmoniorum, contra præmonitio-
nem S. Pauli 1. Timoth. 4.

Extant autem multi libri, præ-
clare de Coniugio scripti. Sed homi-
nes sunt ignavi, & torpore detestan-
do, sinunt pontificiorum calumnijs,
sanctissimum vitæ humanæ statum
exhibilari & deturpari. Itaq; necesse
est Ecclesiæ Christi Doctores, hanc
etiam doctrinæ partem repetere atq;
inculcare.

Volui igitur tandem hunc qua-
lemcunq; tractatum de Coniugio,
ante aliquot annos conscriptum, &
sæpius a me efflagitatum, in lucem æ-
dere, tantum eo fine, vt memoria re-
peterem

poterem ea, quæ sacris literis sunt tra-
sita & celebrata, & quantum qui-
dem in hac mea tenuitate possem, sin-
ceram de Coniugio doctrinam, ad
posteritatem propagarem.

Nihil autem attinet, de libello
prolixè dicere. Legant & iudicent
cum pij homines in nomine Domi-
ni. Tantum enim fundamentis sacra-
rum literarum nitor, & ea quæ cum
hiscè fundamentis pugnant, liberè
reicienda esse censui. Conatus etiam
sum planè, & quam simplicissimè,
res istius doctrinæ ob oculos ponere,
quæ quidem ratio si aliquibus vides-
tur tenuior, per me non impediun-
tur, vt ipsi sectentur declamatorias &
vberiores explicationes. Mihi qui-
dem ista docendi ratio, videtur esse
commodissima. Verissimum enim
est, Rem per causas cognosci. Insuper
non ego in nubibus gradientes du-
co, sed qui mecum in terra ambula-
re, vel etiam reptare cupiunt, erudio,
vel commonefacio. Altigrados alta
A s delectant,

delectant, humilia humiles. Sed do-
na variant, variant & ingenia. Vti
nam vero omnes vna mente, puram
veritatem expetant, & sequantur.

Tibi vero mi charissime fili,
hoc opusculum publicè dedicare atq;
inscribere volui, non tantum, vt te in
doctrina de Coniugio confirmarem,
quia alias diligenter in lectione sa-
crorum librorum, & aliorum auto-
rum versaris, sed omnium maximè,
vt meam erga te benevolentiam de-
clararem, & aliquod memoriale tibi
relinquerem. Tuum erit mi fili, pie-
tatem veram serio colere, scientiam
rerum, & prudentiam, bonorum au-
torum studiosa euolutione quotidie
augere, & pijs precationibus Deum
colere, & in reliqua vita, morum ho-
nestate, & pia Oeconomix admini-
stratione, te tuosq; ornare. Bene in
Christo vale. Liebmoht in Prussia,
die Matthiæ, Anno Domini 1578.

Johannes VVigandus
Episcopus Pomezaniensis

Di

DE CONIV, GIO DOCTRINA.

HIERARCHIASTRÉS,
in mundo ab omnipotenti Deo
singulari & saluari consilio
constitutas esse, reuerenter agnos-
cit, & merito magnificat ac
predicat Ecclesia Christi, nempe, Ministerium
verbi diuini, Oeconomiam parentum, & Ma-
gistratum politicum. Est autem Coniugium, ve-
luti scaturigo istarum Hierarchiarum, id quod
sane non vulgaris laus ac dignitas est. Sic enim
Deo, rerum omnium creatori visum fuit, ex
cohabitatione legitima maris & femina, non
tantum augere humanum genus, sed etiam mul-
tiplicare Ecclesiam suam, à qua non solum in
hoc mundi centro, verum etiam in vita coelesti,
atq; aeterna velut celebrari. Magistratus vero po-
liticus, è Coniugio veluti radice exurgens, sinem
illam precipuum habet, ut Coniugio vicissim,
iusticia ac pacis administratione, inserviat.

Sed Diabolus omnium operum Dei hostis
inimicus, omnibus artibus conatus est Coniu-
gium, sanctissimum vita genus, horribiliter con-
spicere, atq; in summum abusum & contem-
ptum.

DE CONIVGIO.

primum adducere: Primum quidem per gentes
cacas atq; efferas. Deinde etiam per hereticos
aut hypocritas. In primis vero per Regnum pa-
pe, hoc est, Antichristi.

Proinde agamus Domino Deo nostro
gratias, qui luculentam de Coniugio, doctrinam,
sacris monumentis tradidit & conseruauit, &
in hac postrema mundi senectute, à fœdis Anti-
christi Romani pollutionibus, eam præclare vin-
dicauit, suorumq; pristino nitore & dignitati resur-
at. Demum quoq; operam, ut hoc egregium Dei
depositum fideliter custodiamus, atq; ad nostram
posteritatem, quantum quidem in nobis est, Deo
aspirante, feliciter propagemus.

Cum autem nostri officij sit, ut ipse qui pa-
trum & doctorum ministerio fungimur, ceteris
voce præire, decreui prælucente & regente Deo,
sanctissimam & pulcherrimam de Coniugio do-
ctrinam, quanta fieri poterit perspicuitate &
breuitate, repetere ac proponere. Primum, ut
dignitatem huius sanctissimi uitæ generis, no-
stri auditores aliquomodo cognoscant, aut qui
cognouerunt, mente repetant: Deinde ut expen-
dant, Deum serio prohibere & punire omnis ge-
neris vagas libidines, & alios Coniugij abusus.
Præterea, ut materiam suggeramus, de despon-
sationibus, diuortijs, alijsq; rebus huc spectan-
tibus

DE CONIUG.

liber, vtiliter cogitandi, fundamentaq, solem-
nitate inquirendi, quantum quidem in praesentia,
vtilis cognitio necessarium videbitur.

Sequemur autem communem docendi vi-
am, quae rectissima & facilima est, & hasce
res conuenit:

1. De vocabulis.
2. Quid sit.
3. Quotuplex.
4. Unde sit.
5. De personis.
6. Quale sit Coniugium, seu de proprieta-
tibus eius.
7. De fine.
8. De compositis quibusdam.

DE VOCABVLIS.

Coniugium, à coniunctione & societate le-
gitima maris & foemina dicitur, ex causa for-
mali tracto vocabulo, seu à coniugatione, quasi
eodem iugo copulati, ut Phocas, Festus, & E-
rasmus putant. Nullum enim arctius vinculum
ipso Coniugio, in hoc mundo reperitur, quo ni-
mirum duo homines, in indiuiduam vitam con-
suetudinem, non modo colligantur, sed ipso Deo
teste,

VOCAB.

reste, sicut una caro. Veteres quoque coniunx & coniux, indifferentem scripserunt, ut Priscianus meminit.

Matrimonium à finali causa nominatur. Nam in eo vite genere, patres & matres, procreant atque educant liberos. Est autem Synecdoche. Nam à feminis, à quibus homines in hanc lucem nascuntur, & quibus liberorum educatio, & Oeconomie administratio potissimum incumbit, ille vite status nomen est sortitus. Simili modo parentes, utriusque, masculinum & femina, nominari videntur, licet solius femina sit parere, hoc est, factum alio gestare atque eniti.

Connubium, à causa formali seu ritum nuptiarum. Solebant enim veteres, cum honestate delectarentur, sponsas quas adducebant sponso, obnubere, hoc est, obvelare seu obtegere. De Rebbecca quidem legimus, quod viso sponso Isaac, è camelo desiliens, mox sese obrexit, verecundia ritum observans. Gen. 24. Est autem in hac etiam voce, Synecdoche. Nam nubere feminis usitate tribuitur. Generaliter vero hoc in loco usurpatur, pro copulatione viri & mulieris, ut Vergilius etiam loquitur. 1. Aeneid. Connubium in regem stabili, propriamque dicabo.

Nuptia

DE CONIUG.

Nuptia & matrimonium, interdum pro
prium accipiuntur, ut in Iure civili, Lombard
, & alijs videtur.

Συζυγία coniugium, σὺζυγος coniunx,
ab illa quasi in unum iugum copulatione. Syncta
dicitur connubium, συνουσιον coniunx à coha-
bitatione in una domo seu communi administra-
tione Oeconomiae vel rei familiaris. Επιγαμία
matrimonium cum alijs.

Ehestand vel Estand unde des-
ductum sit, non satis ex Germanica
lingua liquet. Saxones appellant
Echte stand / vel simpliciter die Echte
tho seggen / Echt schop lauen edder hols-
ten / ein Echte maken. Hinc phrasis
Echt und recht geboren. Quidam deri-
vant ab Eher / ein Ehrstand / hoc est
honoris, seu honorificus status. Alij
a duo, quasi dicas, Zwestand / facta A-
pharexi duarum literarum. Alij ab
vno, Einstand / seu Eenstand / item Es-
stand / vt aliqui proferunt. Est enim
vno maris & foeminae. Alij ab Ach-
sen

coniunx &
ut Prisca
a nuptia
res & ma-
Est autem
quibus ho-
quibus libe-
ministratio
nomen est
mas ni-
ur, licet so-
m alio ge-
ritu nu-
honestate
nt sponso,
De Re-
so Isaac,
verecun-
m in hac
femina
hoc in loco
steris, ut
Connubiu
Nuptia

ten/vt dicimus Achtbarlich/hoc est, ma-
gni faciendum, ein Achetand / hoc est
vitæ genus, quod sit magnificien-
dum.

Veteres Germani pactiones,
Testamenta, & leges videntur ap-
pellasse Ee. Hinc vetus Testamen-
tum dixere, die alte Ee / Nouum ve-
ro, die neue Ee. Item Eehafft/id est
legitimum. Sic Eestand dici putatur,
id est legitimus status.

Considerentur paululum & reliqua voca-
bula Coniugum, saltem delectationis gratia.

Vir à viribus, seu à vigore. Etatis sex-
ui, & coniugi nempe mari tribuitur.

Maritus à sexu nominatur, quia Mas sit.

Àvâg ab avûs perficio, quia labores gra-
uissimos maritus sustinere cogitur, in parando
victu.

Ακοιτῆς, maritus à thoro communi. Man

DE CONIUG.

Man Germanica vox sexui, & deinde etiam Coniugio tribuitur. Fortè à Mahn id est iuba, seu barba. Item dicitur Eheman. Hauswirdt / Hausherr.

Fœmina, sexus & coniugis nomen est, à faciando, ut existimatur, vel ut alij volunt à amore.

Mulier, qua virgo non est, quasi molli-
or dicitur, ut Varroni placet. Constat enim, imbecilli animo & corpore, præ viris, plerumq; mulieres prædinas esse.

ἄρσην quasi γυνή, à φαίνω. ὄψις. Ἀκοιρίδα ἄκοιρίδα uxor.

ἄρσην ὄψις Vir, fœmina, quia de viro sumpta est. Gen. 2.

Coniunx, parens, communia vocabula marito & maritæ sunt, sicut & Germanicum ein Ehegaten / Ehegahst / Eheuolet / Ein bahr Dolet.

ἄρσην Pater. Inde pueri fari incipientes
B apud

DE CONIUG.

apud nos, Ab vel Abba compellant patrem, au-
piteris conuersis papa.

Mater, à fidelitate erga for-
bolem. Hinc **M**am famula a fide. In-
de Germanicum **M**am deductum
est, quæ lactat & educat infantem lo-
co matris. Saxonici liberi matrem
appellant **M**ume. Vel **M**une.

Eine **F**raw / a læticia forte. Nam
aliqui pro freude / fraude crassiusculè
proferunt. Sic in infinito, verbum pro-
fertur vtroq; modo, sich frewen / & sich
frawen. Nam coniugium felix, reuera
est læticiæ status, ein freudenstand / in
quo bona conscientia possis lætari
cum coniuge, liberisq; delectari. Ex-
tra coniugium, si quis non sit angeli-
ca castitate donatus, reuera non est
gaudium. Hinc freyen / u mutato in v.

Eine **E**hefraw / Eine Hausfraw
Eine Hauszier / Eine Hausmutter.

Water / Mutter. Hæc vocabula
habent

QVID.

habent Græci & Latini, πατήρ, μήτηρ
Pater, Mater.

QVID SIT.

Coniugium, est legitima copulatio unius
maris & feminae, iuxta institutionem Dei, in-
dissolubilem vite consuetudinem continens, ad
procreandos & educandos liberos propter cul-
tum Dei, ad vitandas libidines prohibitas, ad
Oeconomia administrationem, & officiorum in
vita necessariorum, communicationem.

Huius definitionis fundamenta, extant
Gen. 1. 2. Matth. 19. 1. Corinb. 7. Est autem
casualis definitio.

Legitima copulatio Genus est, sumptum
ex causa formali. Copulationem autem dico,
animorum & corporum coniunctionem. Legiti-
mam vero voco, qua legibus divinis atq; huma-
nis est conformis. Scortatorum enim copulationes
& cohabitationes, non sunt legitime, ideoq; po-
tius Magistratum coherceri debent, nec dubium
est, quin Deus omnes commixtiones extra Con-
iugium, severissime puniat. Neq; est Magistra-
tum Christianis praesertim, paruum dedecus,
B z quod

QVID.

quod alicubi tolerant ethnica prostibula seu lupanaria. Deinde etiam quod permittunt tam numerosum meretricum agmen, exercitus suos militares impunè comitari. Nam Deus eccellis eiusmodi terra flagicia cernit, & gravissimis cladibus sapissime ulciscitur.

Unius maris & femina) Materiam exprimit. Nam sic Deus, sexus generis humani discrevit. Math. 19. Gen. 2.

Juxta institutionem Dei) Hic fit mentio causa efficiens. Non enim ex atomis Epicureis confluerunt corpora maris & femina, nec casu orta est ista vita societas, Sed Deus auctum substantie tum Coniugij est, metaq; certas illi vita generi circumdedit, ut ex Decalogo satis apparet.

Indissolubilem vita consuetudinem continens) Est causa formalis. Efficiuntur enim una caro coniuges, & voluit Deus per hominum tali ratione colligare, ut mutuis officijs, que vita humana exigit, sibi invicem adiumento essent. Rom. 7.

Reliqua verba in definitione, quatuor illustres finales causas notant, qua necessitatem, vili.

DE CONIUG.

estatem, & dignitatem Coniugij magnifice
commendant. Indigni itaq; hominum nomine
sunt, qui de Coniugio, omnium nostrum scatu-
ritate, non reuerenter, non sancte, non praclare
sentiant & loquuntur.

COLLATIO ALIA,
rum definitionum.

Ex patribus.

Clemens 2. Siro.

Matrimonium est prima, legitima viri
& mulieris coniunctio, ad liberorum procrea-
tionem.

Ambrosius in exhortatione ad
Virgines.

Coniugium est vinculum, quo alligatur
suo iure, & ei subiectione adstringitur.

Adelhelmus.

Coniugium est iugalitas, qua ad propa-
gandum

B 3

DE CONIUG.

gandum posteritatis sobolem, & liberorum pro-
creandorum gratia, licitis connubiis necessitas
notatur.

Petrus Lombardus lib. 4.
dist. 27.

*Nuptie vel matrimonium, est viri mu-
lierisq; coniunctio maritalis, inter legitimas per-
sonas, individuam vite consuetudinem retinens.*

Ex recentiorum Theologo-
rum scriptis.

Erasmus de Christiano matris:

*Matrimonium est legitima perpetuaq;
viri ac mulieris, studio gignenda sobolis, iura
coniunctio, vite ac fortunarum omnium indi-
viduam societatem adducens. Tom. 4. fol. 514.*

Lutherus Tom. 6. in Gene-
sin. 24.

Coniugium est diuina & legitima coniun-

QVID.

Coniugium est coniunctio viri & feminae, spe proles, vel saltem vitanda fornicationis & peccati causa, ad gloriam Dei. Finis ultimus est, obedire Deo, & mederi peccato, invocare Deum, querere, amare, educare prolem ad gloriam Dei, habitare cum uxore in timore Domini, & ferre crucem.

Idem in Gen. 24. Tom. 2.
fol. 227.

Coniugium est coniunctio viri & feminae inseparabilis, non tantum iuris natura, sed etiam voluntatis, & voluptatis ut sic dicam anima.

Hanc autem definitionem, opponit frigida Canonistarum definitioni: Coniugium est coniunctio masculi & feminae, secundum ius naturae.

Ex iure civili.

Instit. lib. 1. tit. 9.

Nuptiae sive matrimonium, est viri & mulieris coniunctio, individuae vitae consuetudinem continens. Hanc definitionem resinet ius Romanicum. C. 27. q. 2. & C. 29. q. 1.

B A 70

QVID.

In hac autem definitione, neq; efficientis, neq; finalis causa mentio fit.

Modestinus lib. I. regul.
de nuptijs.

Nuptia sunt coniunctio maris & feminae,
& consortium omnis vite, divini & humani
iuris communicatio.

Hac definitio priori consonat, nisi quod &
iuris communicationem addit. Fuerunt autem
Romae viro & mulieri, sacra gentilia commu-
nia. Inde quidam elicere conantur de necessitate
coniugij esse, marem & feminam debere eius-
dem religionis esse. Sed videtur hac probatio, ex
isto quidem loco imbecillis esse. Nos de eiusmodi
rebus infra differemus.

Contraria.

Falsa aut nimis mutila definitiones, ut
coniugium esse carcerem, omnem vitam libertatem
adimentem, & similes.

QVOTTVPLEX.

Coniu-

QVOTVPLEX.

Coniugium duplex est, Legitimum & illegitimum, vel licitum & illicitum, vel iustum & iniustum, quæ quidem vocabula idem valent.

Legitimum dicitur, quod iuxta leges divinas atq; humanas factum est.

Illegitimum, quod contra leges Dei atq; humanas initum est, ut sunt incesta nuptiæ, quando nimis propinquo affinitatis seu cognationis gradu, duo iunguntur, vel unus sibi plures uxores copulat, absq; singulari Dei iussione vel dispensatione.

Coniugium aliud est initiatum, aliud consummatum.

Initiatum est, quando per desponsationem legitimam, ad coniugium duæ personæ destinatae, mutuisq; consensionibus promissionibus ac vinculis colligatae sunt, ea ratione, quod accedente publica per Ministrum Dei copulatione & nuptiis, velint in coniugio honeste vivere. Publicum autem dico, presentibus nimirum aliquot testibus, siue in templo, siue in domo privata, aut in loco commodo & honesto.

Consummatum est, quando solennitates,
B S publica

DE CONIUG.

publica & honesta consuetudine recepta, accedant, siue accesserint, & sequitur seu sequitur cohabitatio coniugalis. Hac diuisio ex verbis Ambrosij sumitur, cum inquit, Coniugium desponsatione incipitur, commixtione perficitur. Estq; haec distinctio non contemnenda. Nam desponsatione promittitur coniugium. Copulatione vero solenni & cohabitatione maritali, fit autem ipsum coniugium. Haec autem diuisio non ex causa formali potissimum nascitur.

Scriptura sacra quoq; spiritualis & corporalis Coniugij meminit.

Spirituale, est spiritualis copulatio Christi & suae Ecclesiae, id est, omnium credentium, ar. Et haec miranda, de qua Osee 2. scriptum est, Desponsabo te mihi in sempiternum, desponsabo te mihi in iusticia & in iudicio, & in misericordia, & in miserationibus. Et desponsabo te mihi in fide, & cognosces Dominum. Haec porro spiritualis coniunctio, quae suauissima & saluberrima est, nihil derogat corporali coniugio, quod est typus spiritualis illius coniunctionis. Ephe. 5. *Mysterium hoc magnum est. Ego autem dico, in Christo & Ecclesia.*

Corporale, est illa externa societas animorum, corporum, totiusq; vitae huius temporalis.

Solent

QVO TYPLEX.

Solent & alia diuisiones afferi, ut Coniugium aliud est ethnicum, aliud Christianum.

Ethnicum est inter eos, qui sunt extra Christi Ecclesiam.

Christianum verò, quod inter Christianos contractum est. Verùm differentia consistit tantum in personarum qualitate, quod alia sunt reuera, alia non. Coniugium autem ipsum per se, sua habet substantialia, siue gentiles siue p̄i id obseruent.

Item aliud est faustum, aliud infelix. Hæc autem distinctio, non tam discrimen Coniugiorum, quàm animorum inæqualitatem, vel alia accidentia declarat, sicut aliud est sterile, aliud fecundum. Eiusmodi igitur diuisiones transiliamus, contenti duabus primis, quarum in hac quædam tractatione potissimum usus est.

DE CAUSA EFFICIENTE.

VNDE SIT.

Non temerè, non sapientia aliqua humana, sed *gratia maris & femina honesta per omnem vitam*

UNDE.

nam societas atq; coniunctio, in mundo coepit:
Sed ipse Deus, omnium creaturarum fons &
auctor, statim initio genus humanum tali modo
condidit, ut non tantum esset vir, sed etiam femina. Gene. 1. & 2.

Operis precium autem est verba Moysi,
antiquissimi & probatissimi historici, in conspe-
ctu habere, ac saepe meditari. Continent enim
res amplissimas. Sic ait:

Et dixit IEHOVA ELOHIM. Non
est bonum, hominem esse solum, FACIAMUS
ei ADIVTORIVM, quod sit cum illo.

Nam cum Iehoua Elohim, formasset de
humo cuncta animalia terra, & uniuersa vola-
tilia caeli, adduxit ea ad Adam, ut videret,
quomodo vocaret ea, & quocumq; nomine ani-
mam viuentem appellaret Adam, Hoc esset
Nomen eius.

Et dedit Adam Nomina cunctis animan-
tibus, & uniuersis volatilibus caeli, & omnibus
bestijs agri. Et sibi homini non inuenit ADIV-
TOREM, qui esset secum.

Et immisit Iehoua Elohim soporem in
Adam,

DE CONIUG.

Adam, cumq; obdormisset, tulit unam ex costis
vuis, & clausit carnem pro ea.

Et edificauit Iehoua Elohim costam, quam
acciperat de Adam, in mulierem, & adduxit
eam ad Adam.

Et dixit Adam: Hoc nunc est os ex ossibus
meis, & caro de carne mea. Et hac vocabitur
virago, quoniam de viro sumpta est. Quamo-
brem relinquet homo patrem suum & matrem,
& adheret uxori sua, & erunt in carnem
unam.

Erat autem uterq; Nudus, Adam scili-
cet & VXOR eius, & non erubescabant. Haec te-
nus Moses.

In hac igitur historia quatuor sunt eximia,
quae ad commendandam dignitatem Coniugij
pertinent, nempe:

1. Deliberatio ac decretum Dei.
 2. Creatio Coniugis miraculosa.
 3. Copulatio prima.
 4. Mandatum vniuersale.
1. Grauiissima sapientissimi Dei delibera-
tio re

DE CONIUG.

no recitatur, priusquam homini recens condito, quicquam de Coniugio in mentem veniret. Non est bonum inquit Deus, hominem esse solum, faciatque ei adiutorem, qui sit cum ipso. Hanc sententiam ille omniscius & omnipotens Iehova Elohim, id est tota sacro sancta trinitas, unus Deus essentia, trinus personis, profert, qui totam humanam naturam & condidit & introspicit, ac certo nouit omnia quaecumque futura sunt. Quare nos creaturas, hoc Maiestatis diuine testimonium ac decretum, maximi facere, idque uita genus reuerenter amare decet.

Ut autem ista gratis Coniugij humani necessitas, ipsi quoque, Ada innotesceret, admirabilem sane Synodum omnium animalium Deus coram Adamo conuocat, eique, tanquam mundi Domino, eum coetum sistit. Transeunt igitur ordine paria animalia, mira obedientia & mansuetudine, ueluti in solenni lustratione, tum Deum creatorem, tum etiam hunc ipsum Adam, sibi designatum Imperatorem seu dominatorem reuerenter ut sic dicam agnoscentia. Adam uero, adstans opifici rerum omnium, & ipse creatura, sagacissimo ingenio & sapientia illustrissima, Nomina singulis animalibus, perspecta ipsorum natura imponit propriissima, quae quidem Deus ipse approbat, ac tum ceteris suis operibus,

operibus,
one in Ad
lectabat
mum ince
dico, in a
plices, a
a Deo cor
ficiam, q
est nullam
locorum o
admirro,

2. D
nou ei pro
miraculo
Coniugier
aut iustit

No
urra pul
firmatus
tis Deus;
ma uelle
maisa terr
mibus,
autem ipse

No

UNDE.

operibus, tam vero in primis hac sui imagine,
que in Adamo clarius Sole tum radiabat, unice
delectabatur. Ibi vero Adam, ex collatione pri-
mum incipit animadvertere, singulari Dei in-
dicio, in una quaq; animalium specie, sexus du-
plices, ad multiplicationem & propagationem
a Deo conditos esse. Sibi autem eiusmodi vite
sociam, qua genus humanum cresceret, deesse, id
est nullam feminam in toto mundo quocunq;
locorum oculos conuertat, cernit. In Dei autem
oculorum, tacitus acquiescit.

Deus non rogatus ab Adam, nihilomi-
ni ei pro suo diuino consilio, feminam insigni
miraculo condit, ut nimirum fieret manifestum,
Coniugium non ex humano consilio inuentum
aut institutum esse.

Non autem ex duro saxo, neq; ex viliori
terre puluere, unde quidem Adam ipse dudum
formatus erat, sed ex homine hominem produ-
xit Deus, in testimonium, quod diuina Maiestas
non velle deinceps e rudi gleba, aut humida
massa terra, homines creare, sed ex duobus ho-
minibus, mari nimirum & femina. Modus
autem ipse admiratione dignus est.

Non enim viuum Adamum per medium
dissecas

UNDE.

dissecat Deus, ut Rabini improbe nugantur, sed profundum et soporem diuinitus immitit, ut porrectus in longum, humi in lato gramine stratus iaceret, & dulces spiritus traheret, omni cura & sollicitudine vacuus. Prorsus igitur se passus habet veluti subiectum, Deum in se operantem ita quidem patiens, ut non prius sciret, quid Deus in se fecisset, quam cum experrectus e suani somno esset. Non enim poterat, nec debebat Deum hac in parte iuuare.

Dum igitur ita securè dormit bonus ille Adam: Ecce Deus sua diuina dextera costam unam, ipsius cordi ut videtur proximam, ex latere excerpit, soluens iuncturas, & amouens carnem venis sanguineis redundantem, nec tamen foedans sanguine corpus, ac sine omni doloris sensu, citrag, damnum aut deformationem ipsius Ada vllam. Mox enim foramen illud Deus, summo & omnipotenti artificio carne claudit. Eam verò costam, excerpam e virili latere, omnipotens Deus ita format atq, exadificat, ut inde nobilis & formosissima femina exurgeret, qualis sine dubio, nulla alia in hoc mundo postea visa est. Hac incomprehensibilia quidem rationi humana sunt, sed facilima Deo omnipotenti fuerunt, quem fides inuener & veneratur.

78

UNDE.

Ista autem sic à Deo gesta sunt, ad digni-
tatem feminarum, & ipsius adeo Coniugij, ex-
aggerandam & ornandam. Vult enim Deus hoc
suum opus, & Coniugalem vitam, maxime ab
omnibus hominibus fieri.

3. Neq; ipsa copulatio fortuito concursit,
aut consilio Ada fit. Sed istam venustam herosif-
sam, omnibus corporis atq; animi bonis orna-
tissimam, Deus excitato Adamo adducit, eamq;
ipsi grauisssimis ac decentissimis gestibus copulat.
Quid vero noster Adam, ista formosissima pu-
ella conspecta? Num adhorret eam? Num o-
culis oclusis, in heremum aufugit? Nequaquam
tam horridus, tam asopycus est, sed mox ex
aspectu, quod dicitur, amor nascitur. Flamma
eius cordis honesta & ordinata, totum ipsius cor
accendunt, laeticiq; perfundunt. Accipit igitur
sunt hilari, leto ore, cupidissimisq; complexi-
bus hanc pulcherrimam vite sociam, legesq; con-
iugij, veluti hymenaeum iucundum sibi met ipsi
canans, publica voce, ipso spiritu sancto regente
eum, illuminante, dicat, Deoq; conditori reue-
renter gratias agit.

A. Mandatum vniuersale, ad omnes ho-
mines pertinens, est illa celebris vox Dei: Non
est bonum homini, esse solum. Et vox Ade, ex
C divina

DE CONIUG.

diuina inspiratione prolata, Erunt duo in carnem unam. Postea accedit & praeceptum decalogi, Non moechaberis. Sancit igitur, ac praecipit Deus Coniugium omnibus, qui idonei ad hoc vite genus in hunc mundum nascuntur, inspeculari Dei voluntate excipiantur. Insuper ex lege natura, insua omnibus mortalibus naturaliter, omnes honesti homines iudicant, omnes homines tali lege in hunc mundum nasci maris & femellas, ut honesta cohabitatione procreent liberos, atq; in bene constitutis rebus publicis, publica edicta de legibus Coniugiorum, etiam inter gentes sunt proposita.

Ille igitur Deus, qui initio condidit & sancit Coniugium, adhuc hodie hoc vite genus conseruat, & obseruari vult.

Creat enim homines tali ratione, ut sint sua natura idonei ad Coniugium, hoc est, creat non solos viros seu Monachos, neq; solas puellas, id est Nonnas, sed ex iisdem saepe matribus, procreat pueros & puellas, interdum etiam gemellos distincto sexu, miranda & diuina potentia, in una matrice format.

Indit Deus ipse in hominum pectora naturales storgas, inclinantes & incuantes miram
natura

UNDE.

contra igni, ad matrimonium. Merito igitur
Paulus doctrinam Demoniorum appellat, pro-
hibere coniugia; id quod facit Antichristus Ro-
manus, publico cum dedecore sui & suorum.

Sonat adhuc Deus in orbe terrarum, Mi-
nisterio verbi sui, praeceptum suum de Coniugio
tenendo, & vitanda scortatione. Adhuc enim
graves poenas de ijs, qui extra coniugium legiti-
mum, sedis libidinibus & se & alios polluant,
sumit.

Deniq; consociat adhuc Deus in mundo
marem & feminam, iungendo pectora duorum
in amoribus. Videmus enim, quotidie ob o-
culos, quam miraculose ex diversis locis & na-
tionibus, non raro duos matrimonio copulet.

Huc etiam pertinet illa perspicua dicta
Gen. 24. Dominus Deus caeli mittet Angelum
suum coram te, ut accipias uxorem filio meo.

Proverb. 19. Domus & diuitia, heredi-
tatis a parentibus, à Domino autem proprie-
tas prudens.

Christus inquit. Quod Deus coniunxit,
homo non separet. Matth. 19.

Nec male dictum est, Fato connubiasti.
C 2 nus.

DE CONIVGIO:

ant. Siquidem factum de voluntate, atq; ordinatione Dei intelligatur.

Duplici porro modo, Deus homines duos, in hanc vite societatem iungit, primum quidem Immediate, Deinde vero Mediate.

Immediate autem copulat duos, vel manifesta, vel occulta quadam ratione. Manifeste quidem, ut verbo & gestibus, Adam & Evam coniunxit. Sic seruo Abraha ex animi sui voto, ipse Deus offert atq; ostendit Rebeccam, Isaac sponsam: Iacobo venienti in Mesopotamiam, Rahelem exhibet.

Occulta vero ratione id facit Deus, quando ex aspectu mutuo virisq; cor accenditur, ut, licet non dum ea res ulli hominum sit patefacta, tamen animus de Coniugio decernat.

Mediate autem Coniugia fiunt, per indicationem, aut adhortationem aliorum, ut parentes, vel amici, vel cognati hortantur filios, aut sibi nosos, ut ad Coniugium animos adiciant, proponentes honestas virgines aut viduas, cum quibus optarent eos Connubium legitimum contrahere.

IMPVLSIVE.

Ad

UNDE.

Ad efficientes, etiam impulsiva causa.
quibus cor movetur ad Coniugium inveniendum,
disqua ratione referri solent. Primum autem
generales causa perpendantur, deinde ea, qua
magis ad speciem pertinent.

Generales sunt.

Mandatum Dei, id quod non est cui-
quam fas detrectare.

Naturales affectus & inclinationes, quas
Deus ipse condidit in hominibus, modo recte
gubernentur.

Necessitas Aditorij Primum quidem
ad vitam politicam. Nam ad Oeconomiam, ad
victum quarendum, & ad quasita frugaliter
collocandum, ad heredes legitimos acquirendos,
ad licitam vitam suavitatem, ad curam in agri-
cultura praestandam, Coniugium est neces-
sarium.

Deinde etiam ad vitam spiritualem, ut
evitentur prohibita libidines, ut animus Deum
liberius colere & invocare queat, ut possit vit
Sacramentis maiori fructu, ut sese invicem
conjuges erudiam pietate, consolemur in rebus
C 3 adversis

DE CONIUG.

aduersis, & deniq, ut meliori conscientia qui possit mori. Quomodo enim scortatores impudici, bona conscientia animas efflabunt, cum vox Dei clara exierit: Scortatores & adulteros iudicabit Dominus? Heb. 13. Etsi enim pietas semper locus est, etiam in postremo vita articulo, tamen periculosissimum est, usq, ad extremum halitum eam differre, & multi sine penitentia ex hac vita migrant.

Quod ad reliquas causas, prater hasce generales attinet, qua quidem animum, ad aliquam personam ducendam, persuadeant, facile illa ex Rhetoricis illis locis intelliguntur, ut a parentibus, a familia, a cognatione, a pietate, ab honestate, a liberali educatione, a sanitate, a forma, ab opulencia. Præcipua vero bona sunt, pietas, probitas, optima institutio, Oeconomiarum rerum peritia.

CONTRARIA.

Fortuito concursui, aut cæca fortuna tribuere Matrimonia, ut & deo faciunt.

Hominum prudentia, aut conatibus, adscribere felicia Coniugia, ut filij huius seculi sentiant.

Copularices seu impostrices, qua non tam honestate,

UNDE.

honestate, quam lucello adducta, clam defernunt
sua coniuges, aut puellis viros, inscys parenti-
bus, cognatis, aut honestis hominibus, & sine
pudore mentiendo, saepe incautas vel incautos
captiui atq; constringunt, ut assentiantur inter-
dum in personas non visas, aut non exploratis
rebus omnibus. Postea vero vel non iniegrum est
pedem referre, vel non sine maximis periculis
ac turbis, negocium male inchoatum, retracta-
tur. Sape, licet matrimonium procedat, multis
lacrymis in Coniugis parum felicibus, eiusmodi
impostura, soliditas atq; precipitancia in as-
sentiendo, deploratur. Digna igitur odio sunt
eiusmodi copulatores, seu copulatores clandesti-
ni. Imo non minor poena in eiusmodi homines,
quam in plagiarios, à Magistratibus honestis
publice statui debebat.

Colibarius sine verbo Dei, & absq; peculi-
aribus donis susceptus, qualem Ecclesia pontifi-
cia, hoc est, Antichristi, contra verbum Dei, &
cum insigni probro totius Ecclesie Christi, statu-
it, qua de re infra in Compositis, Deo dante,
sequitur.

DE MATERIALI CAUSA, seu de personis.

Duo hic occurrunt consideranda.

C 4

x. Quor.

DE CONIUG.

1. Quot persona matrimonio sint iungenda.
2. Quales persona coniugio legitime sint copulanda.

DE PRIMO. QVOT PERSONAE.

Unum marem, & unam foeminam tantum, in uno coniugio, simul & semel iuxta ipsius Dei voluntatem iungi ac vivere debere certum est:

1. Ex decreto Iehoua Elohim, hoc est, sacrosanctae Trinitatis: Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei ADIUTOREM. Non enim inquit ADIUTORES. Gen. 2.

2. Ex creatione Dei prima. Nam unicam duntaxat costam è latere Ada excerpens, unicam effinxit foeminam Deu. Et uni Ada, unam Euam matrimonio obstrinxit. Potuisset autem Deus omnipotens, si voluisset, plures foeminas eadem facilitate creare, easq; huic viro, in socias & Adiutrices una terrestria adiungere.

3. Ex lege prima Coniugij, in instinctu spiritus sancti, à primo totius generis humani parente, dictata & promulgata. Propterea inquit, reliquet homo patrem suum & matrem suam, & adhaerebit

PERSONÆ.

Adheret VXORI suæ, non ait, VXORIBVS
 suis. Item. Erunt DVO in carnem vnã. Non
 erunt plures in Coniugio, quã nunc
 duo sumus. Non enim tantum de suo ipsius
 Coniugio, Adam ista temere ebuccinat, sed sa-
 pientia diuina illustratus, de posteris suis quoq;
 pronunciat atq; prophetat: Non inquit nos duo
 tantum, sapientia & bonitate Dei singulari, ta-
 li pacto copulati sumus, Sed posteris quoq; nostri,
 pari ratione vii nos, ERVNI duo in carnem
 vnã.

4. Ex Ecclesia Dei exemplo ante diluui-
 um, & primo exemplo in nouo mundo, post di-
 luum. Nam Noah & filij eius, non habent
 singuli plures coniuges quã VNAM. Sic ex
 veteri Mundo, ista quatuor paria Coniugum,
 in arcam ingressa, & integri anni spaciũ velu-
 tũ seminarium generis humani, miranda Dei
 sapientia & clementia, conseruata sunt. Sic po-
 st iussu Dei, in nouum hunc Mundum pro-
 ceunt, orbemq; terrarum occupant, non Mona-
 chi, neq; polygami, sed quatuor vii diximus ho-
 minum paria, à quibus omnes nationes in vni-
 uersum orbem terrarum disseminatae sunt.

5. Ex Decalogo, quem ipse Deus in monte
 Sinai, proprio ore, & singulari Maestate pro-
 mulgavit, suoq; ipsius diuino digito, bis in ta-
 bulas

DE CONIUG.

bulas lapideas iisdem verbis inscripsit. Sic autem quartum praeceptum sonat, Honora patrem tuum & matrem tuam. Hic personas coniugij nominat Deus, patrem & matrem, hoc est, matrem & feminam, non patrem & matres, nec matrem & patres. In sexto praecepto inquit, Non mœchaberis. Adstringit igitur maritum ad unam feminam. In nono praecepto clarè dicit, Non desiderabis VXOREM eius, non aut, VXORES ipsius. Est autem Decalogus, Norma vitæ humana, non uni genti, sed uni-verso generi humano iraditus & praescriptus.

6 Ex repetitione, & praeceptis noui Testamenti. Christus enim ipse, noui Testamenti fundator & Rex, disertè inquit Matth. 19. Qui fecit hominem in initio, Masculum & feminam fecit eos, & dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ. Et erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro.

Eadem verò Apostoli docent, ut 1. Corint. 6. Eph. 5. repetentes illam ipsam legem Coniugij, ab Adam prolataam. 1. Corint. 7. dicitur, propter fornicationem, unusquisq; VXOREM suam habeat, (non ait VXORES) ut unaqueq; suum virum habeat. VXORI (non dicit VXORIBVS) vir debitum reddat. Similiter autem VXOR viro.

7. Ea

BIGAMIA.

Ex simbolo, quod Paulus ad Ephesos
proponit, idem euincitur. Vir, inquit, ca-
pit est MULIERIS (non ait MULIERVM)
Sicut Christus est caput Ecclesie.

8. Ab exemplis Apostolorum coniugato-
rum, 1. Corint. 9. Et Christianorum Imperato-
rum ac regum, ut Constantini Magni, & ali-
orum.

9. Honestiores gentes, etiam ex lege Na-
turae iudicantur, vni viro non conuenire plures
uxores prater vnā, simul quidem, ac semel.
Hinc leges Romanae de coniugio sumpta sunt, vt,
Duas uxores eodem tempore habere, non licet.
Iustit. Item, Neminem, qui sub ditione sit Ro-
mani nominis, binas uxores habere posse, vulgò
patet. L. Neminem. C. de incestus nuptijs. L.
cum qui duas. C. Ad legem. Iulian. de Adult.
& sup. Et illa definitio Iustiniani, qua antiqua
idem docet, vt, Matrimonium est viri &
mulieris coniunctio. &c. Iustin. lib. 1. tit. 10.

CONTRARIA.

Huius doctrinae contrariae sunt:

Bigamia, &
Polygamia.

DE

DE CONIUG. DE BIGAMIA.

Abusus vocabuli est, bigamiam seu Digamiam intelligere, pro altero coniugio mariti, quod priori defuncta, cum alia inii. Nam se bigamus vulgo in Ecclesia Romana dicitur, vir, qui nunc alteram habet uxorem, priori mortua. Item Trigamus, quia tertiam ducit, duabus prioribus extinctis. Atqui, proprie Bigamus aut Digamus dicitur, qui simul & semel duas habet coniuges viuas, ut Elcana, habens coniuges Arnam & Phenennam.

Mirum igitur est, in hac tanta omnium liberalium artium & linguarum luce, pontificios tamen veterem istius vocabuli abusum, tam obstinate tueri, & hinc quasdam monstrosas opinionones effingere, easq; pertinaciter defendere, ut suo loco dicendum erit.

De Iure autem simul & semel habendi duas uxores, facile est ex rationibus illustrissimis, quas paulo ante enumeravimus, iudicium facere. Satis autem sufficiens vel haec unica est, Deus initio creavit, & copulavit masculum & feminam. Et Christi & Apostolorum repetitio, perspicua est, Erunt DVO in carnem unam.

DE POLYGAMIA.

Polygamia

POLYGAMIA.

Polygamia dicitur pluralitas uxorum, simul & semel habentur, quocumq; tandem sint, siue dua, siue tres, siue plures.

Primus autem perruptor ordinis diuini, Lamech ex Caini posteritate, vitiope mali creauit malum ouum, qui duas sibi coniuges simul adlocuit, Adam & Zillam. Ab hoc postea, malum illud exemplum, quod quidem in hac corrupta natura citius imitatores habet quam virtutes egregia, dimanauit in reliquum vulgus, ac peruenit ad contagium ex publica consuetudine, qua vulgo iuris rationem habere creditur, etiam in filios Dei, id est, in veram Ecclesiam.

Esse autem Polygamiam per se, iure diuino atq; humano illicitam, ista rationes euidenter probant.

1. *Creatio.* Nam Deus, unum virum & unam feminam initio creauit. Ergo vult in coniugio simul & semel, non esse plures personas.

2. *Institutio.* Deus enim Adae unam feminam copulat. Ergo deinceps quoq; sic vult obseruari.

3. *Mandatum Dei.* Erunt duo in carne una. Item. Honora patrem & matrem.

4. *Christiana Ecclesia observatio, & confuendo.*

5. *Christi*

DE CONIUG.

5. Christianorum Imperatorum leges, quas digamos non tantum infamia notant, sed ultimam quoque supplicium in eos constituunt.

6. Typus Ecclesiae & Christi. Osee. 2. Eph. 5.

DE PATRUM POLYGAMIA.

Hoc in loco quaestio nascitur, an patres in veteri Testamento, recte fecerint, ducentes plures Coniuges, & an ipsorum exemplum licet hominibus imitari?

Responsio autem plana & firma est. Sine omni dubitatione Lamech gravissime peccavit, duas coniuges sibi in matrimonium simul iungens, & scandalosum exemplum in totum mundum iniebens. Nam contra ipsius Dei institutionem, & contra legem insignem Adae, id facinus temere ausus est.

Deinde patres, mala exempla filiorum huius mundi imitantes, similiter peccaverunt. Rationes sunt manifestissimae.

1. Quia & ipsi deliquerunt, contra primam ipsius Dei creationem, & ordinationem agentes.

2. Quia primi parentis legem, tam luculenter editam, privata temeritate transierunt.

3. Nuptiam in veteri Testamento extat manifestam

POLYGAMIA.

manifesta Dei permissio, certo verbo expressa, de
pluribus uxoribus simul & semel habendis.

Christus ipse hunc abusum serio taxat,
& reuocat Ecclesiam Dei, à tam foeda multo-
rum seculorum exorbitatione, ad primam Dei
iustitiam. Matth. 19. Eisi enim homines res
illas moluntur, eaq; longo usu quasi induref-
cunt ac corroborantur, tamen Verbum Dei non
debet neq; potest aboleri, quod Deus subindè re-
penti & illustrat, discussis errorum tenebris.

Pleriq; etiam pijs, male cessit plurimum
faminarum copulatio. Abraham intempestiua
persuasio Sara, famulam Agar sibi matrimo-
nio iungit, verum plurimas ea bono seni, & ipsi
queq; consulari Sara, labores & dolores parit,
multaq; sibi hoc reuerario cepto, penas viriq;
attulerunt, qua tamen agentibus poenitentiam
merentur. Dauid inter tot coniuges fit adulter,
& postea ipso uiuo, concubina eius uicissim stu-
pantur. Salomò fit idololatra, seductus ab ethi-
o mulieribus. Et profecto foedum fuit spectaculo
coram omnibus honestis, nedum pijs homi-
nibus, toto orbe terrarum, quod tam sapiens,
toto celebris Rex, tam prodigiosum gregem fe-
minarum (mille enim habuit) in suo Gynecao
alere. Hac autem mala procul dubio ex isto di-
uino iudicio manarunt: Va homini per quem
uenit scandalum.

Tolerant

DE CONIUG.

Toleravit tamen Deus istum Coniugij abusu-
sum in sanctis, qui crediderunt in Christum, &
cultus divinos in vera fide praeferunt: quia
ista ratio Coniugiorum, in toto orbe nunc imita-
luerat, & quasi in politicam observationem ab-
ierat. Semper autem per, a moribus huius deprava-
tati mundi, aliquid coniugij trahunt. Cognuntur
enim in medio mundo vivere, nec possunt pecu-
liares regiones aut loca occupare.

Nunc porro queritur, an non liceat, haec
in parte sanctos patres hodie quoque imitari? Ar-
gumentum neclitur eiusmodi.

Sanctorum exempla licitum est imitari:
Sancti duxerunt plures Coniuges.
Ergo nobis etiam hoc licitum est.

Responsio primùm ad Maiorem dirigen-
da est, quae cum sit indistincta, falsa esse cognosci-
tur. Non enim sunt peccata ipsorum imitanda,
id quod extra omnem controversiam positum
est. Primùm igitur resolvatur Maior, iuxta
hanc distinctionem. Exempla sanctorum dupli-
cia sunt, bona nimirum & mala. Bona quidem
vim doctrinae, sua tamen ratione habent. Mala
vero, rationem prohibitionis habent, iuxta
Normas verbi divini.

Deinde

POLYGAMIA.

Deinde & altera distinctio locum hic habet. Exempla sanctorum quaedam sunt singularia seu personalia, & non imitabilia alijs, ut simulatio Isaac, Simsonis facta heroica, Prostratio Goliath, Anania per S. Petrum execratio, & huiusmodi. Quedam vero sunt ad doctrinam proposita, & sunt imitabilia alijs, ut preces & confessiones sanctorum, & qua sunt eius generis.

Sic si Minor ad resolutionem Maioris referatur, facile lucem accipiet. Est enim malum exemplum sanctorum, quod plures uxores duxerunt, quia contra Dei legem peccarunt. Hinc autem tale argumentum extruitur.

Mala exempla sanctorum, non licet imitari.

Polygamia sanctorum, est malum exemplum.

Ergo polygamiam sanctorum non licet imitari.

Maior patet ex dicto celebri Exodi 23. Non sequaris urbem ad faciendum malum. Non sunt porro & alia communes sententiae de exemplis, ut, Non mala, sed bona exempla sunt imitanda: Non exemplis, sed regulis indicandum est. Exempla debent congruere Normae. Exempla mala, non constituunt regulam. Non

D

tam

DE CONIUG.

Eam spectandum quid factum sit, quàm quid fieri
debeat, Differunt Ius & factum.

Minor patet ex lege Dei. Gene. 2. Matth.

19. Erunt DVO in carnem unam.

Peccarent igitur sine omni dubitatione
grauissime, qui inter Christianos hodie, plures
simul viuas coniuges, Matrimonio sibi un-
gerent.

Quia Christus reuocauit ac retractauit
ab usum veteris Testamenti, clarissimis verbis
ad primam institutionem. Matth. 19. Erunt
DVO inquit, in carnem unam. Hac au-
tem verba satis sunt perspicua, nec debent leuibus
cauillis eludi.

Quia Apostoli sic docuerunt Ecclesiam
Christi. 1. Corinth. 7. Propter fornicationem
vnusquisq, VXOREM S^UAM habeat, non
inquit VXORES.

Quia Christiani principes, hoc decretum
publicarunt, & penas in transgressores statu-
erunt.

Quia Ecclesie Christi diuturna observatio,
eam Christi constitutionem comprobauit & con-
firmant.

Quia prohibitum est, scandalum dare
Ecclesie Christi. Matth. 18. Non autem tan-
tum propter eiusmodi facta male audiret Ver-
bum Dei, sed multi, vi sunt homines ad praua
facta

POLIGAMIA.

facta promptissimi, imitari eunt, fieretq; horribilis
confusio conjugiorum, ac mutatio vite politica,
in hereditatibus, & similibus rebus.

Recte igitur nostra etate, non tantum cy-
riacus ille concursus Anabaptistarum, sed plura-
litas quoq; vxorum in Monasteriensibus En-
thusiasticis & similibus, damnata est.

Sed audiamus atq; excutiamus adhuc
vnum atq; alterum argumentum eorum, quibus
licentia carnis magis, quam timor Dei cura est,
et nefarii conatus ipsorum valse reiundi que-
ant, sic inquirunt.

Necessitati consulendum est. Necessitas
eius non habet legem.

Sed Necessitates eiusmodi incidere pos-
sunt, que requirunt plures coniuges, praeter uni-
tatem quam habes.

Ergo dispensandum est in ijs casibus, cum
aliquibus.

Sed quanam sunt illa necessitates tam vr-
gentes? Rogas? Primum, quod animus inter-
dum abhorret à coniuge quam habet, vel quia
non est satis formosa, vel morosa, vel alioquin
D z amari

DE CONIUG.

amari non potest. Deinde quod casibus, aut morbis, interdum corrumpitur uxor, ut non sit idonea satis ad reddendum viro debitum. Ad continentiam autem non omnes apti sunt. Satis igitur videtur, unam, quam amare possis, aut velis, sibi in matrimonium adsciscere, quam fornicationibus tervis sese polluere. An non autem ista speciose, à pollicis presertim, dici & exag- gerari possunt?

Respondeo autem ad argumentum, ac primum quidem ad Maiorem. Necessitati consulendum est, sed non contra legem Dei. Est enim Verbum Dei immortuum, & summam nobis necessitatem rectè agendi proponit. Explodenda est igitur vox horrenda & blasphema illius Epicu- rei, qui tempore Confessionis, ante paucos annos asseuerabat, licitum esse, in Necessitate violare totam secundam tabulam Decalogi, modo prior tabula observaretur. Atqui lex Dei, una copu- lativa est, & vno precepto violato in secunda tabula, non possunt non lacerari precepta prioris tabule.

Jam ad Minorem. Non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Primum enim non satis cause est ad Polygamiam, quia animus tuus à tua propria coniuge abhorret, & ad aliam qua- si hians. Non enim est ea libido fructus spiritus, sed

sed carn
Paulus
potius ag
sociam
te multo
Res igit
nec dilige
& sic te
seu fœd
Ecclesia
coniuge
abole fas
etiam si
amor em
te sic ab
gem am
quidem
danda.

Se
dia eam
meritus
luit?

Re
dum fr
riciens
uxores
Dico a

POLYGAMIA.

sed carnis maliciosa & effrenis, quam iubet
Paulus crucifigere in obsequium Deo. Quin in
potius agnoscis, Dominum Deum tibi eam una
sociam coniunxisse, ut eam ames, & cogites, in
te multo plus visorum, quam in ipsa residere.
Res igitur ipsa te coarguit, te non imere Deum,
neq; diligere eam, qua una caro tecum effecta est,
& sic te etiam non representare illud mysterium
seu fœdus coniunctionis, quod Christum cum sua
Ecclesia pepigit. Amorem igitur tuum a iua
conuige auellens, propria malicia carnis, & Di-
aboli fascinatione atq; instigatione, ostendis, te
etiam sic non velle Christo unum esse, neq;
amorem tuum ad ipsam conuertere, neq; velle
te sic ab ipso vicissim amari, ut maritus coniu-
gem amat. Hac sunt maximi ponderis, non
quidem profanis, sed p̄ys pectoribus expen-
denda.

Sed obgannis. In veteri Testamento repu-
dia earum conjugum fuerunt permessa, quas
maritus amare non potuit seu potius No-
luit?

Respondeo: Audi Christum, tibi hunc no-
dum firmissime soluentem. Moses, inquit, ob du-
riciam cordis vestri permisit vobis dimittere
uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic.
Dico autem vobis, quod quicumq; dimiserit
D. 3 V. 20-

DE CONIUG.

VXOREM suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, MOECHATUR.

Quod ad alteram causam attinet, violaretur tali ratione necius coniugij, qui definitioni insertus est: Esse nimirum unius viri & femine individuum vite coniunctionem & consuetudinem. Secundo minister Verbi Dei, loco ipsius Dei, in copulatione solenni ista verba recitat, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Vei & hoc repetitur, Erant duo in carnem unam. Tertio talis maritus esset scedisragus. Nam sancte datus dextris coram Deo & pluribus testibus, nouus coniuges in copulationibus, veteri riu Ecclesie Dei, sibi inuicem spondent, fidem, dilectionem & omnis generis obsequia & officia in omnibus vite aduersitatibus & accidentibus, usq; ad vite exitum. In morbis autem, omnium maxime amor coniugalis lucere debet. Quarto Christus diserit talem, qui vna priori alteram duxerit, vocat adulterum. Est autem ille doctor & iudex, tum in hac parte, tum in caeteris, omni exceptione maior. Et Paulus clarissime inquit Roma. 7. Qua sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alia viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege

POLYGAMIA.

lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Audis hic de uno viro & una femina, S. Paulus differere.

Eandem verò legem & viro competere, Christus testatur manifestissimis verbis, Si quis ALIAM duxerit, moechatur. Quinto etiam bene divinitus imposita, in timore Domini sunt ferende, & orandus Deus est, ut vicia prioris coniuge & egra, flammam libidinis in te extinguat, & à turpitudine te custodiat. Si enim carnis libidini frena sunt laxanda, cur S. Paulus iubet spiritu frenare & domare carnem? Sunt praeter vitanda occasiones peccatorum.

ALIUD.

Principes & reges sunt supra leges. Concedenda enim sunt quaedam illustribus viris, quae plebeis simili ratione permittenda non sunt.

Ergo etiam in Polygamia, cum eiusmodi viris dispensandum esset.

Respondeo ad Antecedens. Decalogus & Verbum Dei, istud carnale principium penitus ignorant. Imò sapius scriptura testatur, Deum

D A non

DE CONIVGIO.

non esse personarum acceptorem. Quid verò blasphemus dici potest, quam reges & principes esse supra Deum? Atqui leges divinae nisi à nobis fieri debent, quanti Deus ipse. Detestanda igitur est ista tyrannorum vox, egregie ab Iuliano expressa: Sanctitas, pietas, fides, prima bona sunt, Quae inuadit reges eant, scilicet flagitiosius suis in infernum. An non igitur luculemter & verè dictum est, Potentes potenter tormenta patiuntur? Item, Tanguam vas figuli confringentur eos? Praclare quoque, à Theodosio est dictum, Digna vox Maiestate regentis est, futuri Principem se legibus alligatum esse.

Præterea inter illa, quae illustribus viris præ alijs sunt concedenda, non sunt ea referenda, quae pugnant cum lege Dei, & Natura re est Polygamia.

ALIUD.

Episcopus sit unius uxoris maritus.

ERGO non laicus, seu princeps, sicut & in veteri Testamento, politici plures ducebant coniuges.

Responsio. Eiusmodi Sycophantia & Sarcasmi Diabolici, non sunt digni ulla refutatione.
Nam

POLYGAMIA.

Nam ut omnes mariti unica tantum legitima coniuge sint contenti, vox Christi manifeste docet Matth. 19. Nec habent Episcopi peculiarem legem præter alios Christianos, in nouo quidem Testamento. Præterea Episcopus debet etiam hæc in parte, exemplum gregis sui esse.

ALIUD.

Sunt varia dona. Alius vni potest coniugii præse. Alius plures potest alere, & plurimos liberos educare, id quod est bonum opus, aliqui enim multe virgines relinquuntur inopere.

Ergo Polygamia his, qui dona & bona habent, concedenda est.

Respondeo. Neganda est consequentia, quia nulla est coherentia. Nam dona Dei, non sunt usurpanda contra illud verbum Dei, Erunt Dⁿⁱ in carne vna. Matth. 19. Item, habeat uxorem suam, non inquit suas. I. Corint. 7.

ALIUD.

Bona plurima ex Coniugum pluralitate
Dⁿⁱ est nascuntur.

DE CONIVGIO.

nascuntur. Nam non tot committerentur adulteria & supra, quando una vel egrotaret, vel gravida, vel etiam sterilis esset. Deinde plures virgines matrimonijs iungerentur, que alias maritorum inopia vel consensum, vel turpi vita sese dedunt. Tertio cresceret genus humanum, quo Turcicis, Musconiticis, & aliorum furoribus resisti, & terra passim facilius excelsi posset.

Ergo Polygamia esset concedenda.

Respondeo. Vide impudicitia carnis, quam impudentes patronos habeat? Carnus enim pruritu, speciosa excusationes ario singulari quaruntur. Sed nequaquam sunt facienda mala, ut eveniant bona. Christus est, qui inquit, Si quis aliam duxerit, moechatur. Nec prohibet conjugum pluralitas, adulteria, id quod in Davide sanctissimo viro conspicitur. Et quam isthac pietas est, dare occasionem libidini carnis, ut ab una mox ad aliam hinciat, ut loquitur scriptura? Experientia quoque, testis est, tot a Deo creari pueros quor puellas, & nullam relinqui in-nuptam, nisi Dei peculiari iudicio, idque rarissime, ut est videre in omnibus honestis civitatibus. Temerarium igitur & impium est, asseverare, plures a Deo puellas quam pueros formari.

Im

POLYGAMIA.

Imo sepe plures iuvenes quam virgines, in una
civitate reperuntur. Quod porro ad multipli-
cationem hominum attinet, Dei ordo & consti-
tutio observanda est, & satis frequens est nunc
orbis Christianus hominibus, satisq; validus es-
t, ad Turcicam immanitatem propulsandam,
si modo ipsi homines essent vera pietatis studiosi,
seuq; haberent Deum prestantem. Nam
Turcica feritas est flagellum Dei, quo castigat
impietatem & flagicia, que passim invalescunt
quotidie, nec relinquitur locus salutaribus ad-
monitionibus, que ex Verbo Dei proponuntur
& inculcantur.

ALIUD.

Deus non permittit nec benedicit nisi bona,

Sed pluralitas conjugum in veteri Testa-
mento, est permessa & benedicta. 2. Sam. 12. Deus
inquit se dedisse Davidi uxores in sinum suam.

Ergo & hodie sic esse potest.

Respondeo. Nego Maiorem. Nam permis-
sa Dei alia est ex gratia, alia vero est toleran-
tia quadam, ut Deus non puniat, quemadmo-
dum peccata hominum merebantur. Sic permit-
tit seu tolerat Deus, ut hoies originalis simul cum,
[em]

DE CONIUG.

seu in natura hominis propagetur, sed non pro-
bat eam, nec ei benedicit, nec est res bona. *Mais*
usq; non constat.

Deinde, Nec Minor uniuersalis est. Nam
nupiam extat in veteri Testamento manifesta
& perspicua vox Dei quod permittat pluralita-
rem coniugum, tanquam opus bonum sibi pla-
cerent. Sed tolerauit Deus, etiam in sanctis, idq;
vsq; ad Christi exhibitionem, qui discretis verbu
primam institutionem repetit; eoque pacto suos A-
postolos instituit, ut de Coniugio non aliter docer-
ent, quam esse, unius viri & unius mulieris
coniunctionem. Nec legimus in nouo Testamen-
to vllum verbum, de dispensatione vlla; hac in
parte, nimirum de pluribus vxoribus ducendis.

Quod vero ad Exemplum Dauidis at-
inet, Deus ei per Nathan poenitentiam de perpe-
trato adulterio concionatur, ibiq; hoc peccatum
exaggerat, quod cum tot habens coniuges, tamen
santa libidinis insania correptus sit, ut alienam
rapuerit. Ac sane Deus aut se ei dedisse coniug-
es, sed non statuit regulam communem. Era-
quidem vsitatum plures ducere eo tempore. Sed
iam illa consuetudo, per filium Dei, creatorem
hominum, abrogata est. Non igitur ex illis pe-
culiaribus exemplis, sed ex Regula indicandū ē

ALIUD.

POLIGAMIA.

Substantialis coniugij proprietates est habere
potestatem alterius corporis.

Sed coniuges sepe propter pragnantiam &c.
habere debitum non possunt.

Ergo polygamia concedenda.

Respondeo. Est dissolutum argumentum,
& res dissolutissima. Attende autem insigni &
efficitur malicia. Num argumentum si recte
contereretur, cohereret?

Ubi coniugij substantialis proprietates
adest, ibi non est coniugium.

In morbo non potest vir debitum uxori
prestare aut econtra.

Ergo tum non sunt coniuges.

Apage te impure spiritus, quis de hanc
Dialecticam docet? Arboris substantialis pro-
prietates est, fructus ferre. Sed in hyeme, arbor
non habet fructus, item quando decerpit sunt
fructus, caret ijs. Ergo arbor non est arbor, vel
non est bona arbor. O insulsiatatem.

Habet igitur potestatem coniunx alterius
corporis, ut tamen ut honestas obseruetur, & ne-
cessitati obsecundetur. Nam Deus vetat cum
membrosa rem habere &c. Patet igitur
hosc prestigiatores, tantum carnis licentiam
pascere.

ALIV'D

DE CONIUG.
ALIUD.

Deus non precipit vnā ducere vxorem,
sed vt quisq; suam vocationem & dona conside-
ret, & iuxta ea se gerat.

Sed quidam acceperunt naturam, & do-
na ad duas.

Ergo licitum est duas simul vxores ducere.

Respondeo. Minor est scophantica & Di-
abolica applicatio. Nam S. Paulus x. Corint. 7.
manifeste distinguit inter donam castitatis extra
coniugium viuendi, & inter coniugium. Per-
mittit autem habenti donum Angelica castitatis
liberum, vt extra coniugium pie sancteq; viuat.
Sed qui illa Angelica castitate non est praeditus,
illi simpliciter precipit ac mandat, vt coniugium
ineat, & quidem in singulari loquitur, non in
plurali. Nam clare inquit, propter firmatio-
nem vnusquisq; VXOREM suam HABE-
AT. Vnaqueq; suum virum HABEAT. Haec
sunt verba mandatis, vt, qui donum illud casti-
tatis vera non acceperunt. HABEANT suam
vxorem, non aut vxores suas. Item quod si non
continent, Nubant. Haec est vox mandati. Sic
Deus inquit, Faciam ei ADIVTRICEM. Et
vnā tantum Adā iungit, cuius quidem natu-
ra erat robustior ad plures ducendas vxores,
quā

POLYGAMIA.

quoniam cuiusquam hominum post eum. Et isti
prestigiatores iudicarent, multiplicationem ge-
neris humani, in hoc recenti mundo prorsus eam
non requisivisse. Verum Deus fuit sapientior.
Et hoc Deo inspirante, Adam omnium homi-
num sapientissimus, hoc praeceptum dedit, E-
rit unus Viro in carnem unam. Item adhaerebit
carni suae, non inquit uxorebus.

Loquitur itaq; Paulus ex spiritu sancto, in
Maiori de vocatione & donis, ad castitatem ex-
tra coniugium absq; omni contaminatione ser-
vandam. Sed prestigiatores ex impuro spiritu,
ad naturae salacitatem & petulantiam referunt.
Distingua est itaq; hac peruersio.

ALIUD.

Nemo ab impuritate se continet, sine dono
Dei, siue in Coniugio, siue extra illud.

Sed hoc donum continentiae & pudoris, non
aliter dedit aliquibus in veteri Testamento, quam
per polygamiam.

Ergo & nunc hoc donum aliquibus non
datur, nisi per polygamiam.

Respon-

DE CONIVG.

Respondeo. Minor est manifestum mendacium, absq; omni verbo Dei. Imo David polygamus adulterium perpetrat. Est igitur effrenis impudentia eiusmoai garrire.

DE SECVNDO.

Quales personæ coniugio legitime copulari possint.

Deus autor boni ordinis & virtutum honestarum, in Coniugio hominum, ordinem quendam & honestatem observari vult, ac punit contrà facientes. Sicut enim homines à bruiis summa sapientia distinxit Deus, ita vult etiam in externa coniunctione ac societate maris & femina, nimis propinquas commixiones vitari. Observandum igitur est, quales personæ, citra Dei offensionem & honestatis lesionem, matrimonium inire possint, nempe ista triplices:

1. *Membris, ad coniugium necessarij preediti.* Nam Eunuchi, & frigidi natura, ad Coniugium non sunt apti, teste Christo Mat. 19. Et hæc quidem, ante contractum coniugium æstimanda sunt. Nam si post contractum & consummatum coniugium, aliquis casus ex violentia quadam, vel morbo accidat, alia ratio est

2. *Ætat*

QVALES.

Aetate ad Coniugium idonea, & mente
sana praediti. Nam cum matrimonia, utriusq;
consensu libero et recto fieri conueniat, mani-
festum est, antequam aetas ad iudicandum fiat
matura, legitime matrimonium contrahi non
posse. Deinde ipsa natura hominum conside-
randa est, an sit ad eam vitæ societatem idonea?
Nam contra naturam aliquid suscipere, ab
omni ratione humana abhorret, nihilq; aliud
est, quam ipsi Deo bellum inferre. Nam Deus
paupertati certos annos naturali lege attribuit,
quibus crescere & inualescere debeat, exers
curarum & molestiarum, quas adfert Coniu-
gium. Summus enim labor est, liberos gignere
educare, æconomiae curam sustinere, quæ qui-
dem non modo maturam sapientiam, verum
etiam iustum corporis robur requirunt, ut
omnibus notum est.

Leges Romanae permittunt masculis con-
trahere matrimonium, quando puberes fiunt,
feminis vero, quando sunt viripotentes, hoc
est, quando Natura sunt idoneæ. Instit. lib.
1. tit. 10. Et postea aliquam definitionem
constituit Imperator, pubertatem in masculis
inquit, post decimum quartum annum com-
pletum, initium accipere disposuimus: anti-
quitate Normam in feminis bene positam,
E in

DE CONIUG.

in suo ordine relinquentes, ut post duodecimū annum completum, viripotentes esse credantur. Germani dicunt *M A N B A R*. Idem lib. I. tit. 22.

Sed in hac parte, necesse est ipsius nature qua non mature scit similiter in omnibus, deinde etiam externa honestatis, rationem habere. Est autem honesta consuetudo in Ecclesia Christi, presertim vero in Germanica gente qua ab antiquis temporibus, semper honestatis Cōiugalis amāissima & studiosissima fuit, ut plerumq; adolescentes ante vigesimum annum raro ducant uxores: Virgines verò ante decimum septimum, aut octauum etatis annum, à parentibus raro elocentur, eamq; etatem etiam Terentius, florem ipsum puellarum indicant. Vergilius *A Eneid.* 7. inquit *Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.*

Non possunt igitur inter impuberes, coniugia legitime contrahi. De pactionibus verò parentum, deq; impuberum futuro coniugio, suo loco dicendam erit. Amentes vero non habent iudicium, eamq; ob causam, neq; consensu rectus aut legitimus in ipsis esse potest, scilicet ante contractum matrimonium.

§. Qui

QUALLES

Qui in remotioribus ac licitis gradibus
distant, iuxta diuinum ac humanum
iuris. Nam ipsa Natura, honestatis fons, qua-
ritas quidem adhuc scintillas externarum
virtutum habet, omnes homines docet, nimis
propinquas coniunctiones, abominabiles esse.
Deinde Deus ipse quosdam gradus prohibuit,
& penitus etiam grauissimis ostendit, se illicitas
coniunctiones serio auersari, ac seuerè punire
in omnibus gentibus. Hæc autem quæ deliba-
mus, gignunt arborem Consanguinitatis &
Affinitatis, atq; consistunt in iure Naturali,
Diuino & civili. Proinde sunt hæc nobis pau-
lisper quantum quidem huic tractationi satis
esset videtur, euoluenda.

Primum autem in genere tenendum est,
rationem personarum, quarum coniunctio
consideratur, gradibus et lineis discerni.

Linea est collatio personarum, ab eodem
supite descendendum, gradibus inter se dis-
tinctarum.

Est autem linea triplex. Ascendentium
Descendentium, & collateralium.

Linea ascendentium est, qua numeran-
tur à filio recta sursum consanguinitatis perso-

4 3 112

DE CONIUG.

aa, vt pater, auus proauus, abauis.

Linea descendentiū est, qua à patre recta deorsum numerantur personæ, ex sanguine ipsius nata, vt filius, nepos, pronepos.

Linea collateralis aut transuersalis est, quando numerantur fratres & sorores & vterius.

Collateralis rursus distinguitur, in Aequalem lineam et inaequalem.

Aequalis, quando ambe, persona equali distantia à communi stipite absunt. Inequalis vero, quando vna persona, stipiti propinquior est altera.

Stipes est persona, à qua distantes personæ, gradibus computantur, vt qui primo loco sequitur stipem, primum gradum constituat & sic consequenter. *Ein Stam.*

Gradus est intervallum personarum à stipite, vt cognoscatur, quàm propè persone sibi inuicem cognatione iunctæ sint. Germanicè *Ein Glied* id est, membrum.

Sunt autem gradus duplices, consanguineorum & affinium. Nam illis duabus rationibus, homines sibi iure diuino & humano sunt

QUALLES.

sunt propinqui, nempe ratione sanguinis naturalis & coniugiorum.

DE NUMERATIONE Graduum.

Ratio numerandi usitata talis est. Stipes nullum constituit gradum. Itaque non numeratur, sed est quasi meta, ad cuius respectum persone numerantur, sursum, deorsum, & ad latera, tum propter matrimonia, tum etiam propter hereditates, ut.

Pater, est stipes seu meta.

Filius est primus in ordine a patre, seu est prima generatio, ideo est in primo gradu.

Nepos est secundus a stipite, vel est in secunda generatione post patrem, ideo est in secundo gradu.

Pronepos in tertio gradu.

Abnepos in quarto gradu.

REGVLAE GENERALES.

I.

II

Quod

DE CONIUG.

Quot sunt persone, tot sunt gradus,
dempto stipite.

II.

Fratres et sorores, in eodem gradu
computantur. Sic de reliquis sibi oppositis.

III.

Quoto gradu due persone in linea col-
laterali, à communi stipite distant, toto gra-
du inter se distant, ut frater et soror primo
gradu distant.

IIII.

Quoto gradu in linea collateralis, remo-
tior distat à communi stipite, toto gradu inter
se distant, ut filius & nepos fratris, secundo
gradu differunt, quia supputatio gradus fit à
remotiori.

DIFFERENTIA CIVI-
lis et Canonice Numerationis.

Ius civile numerat gradus iuxta commu-
nitatem hereditarum.

Ius canonicum iuxta matrimoniorum ra-
tionem.

Ius civile numerat personas, iuxta regulam.
Semper

QVALES.

Semper generata persona gradum adūcit, frater et soror sunt in secundo gradu. In iure canonico in primo sunt, quia ibi duæ cognatae personae considerantur.

Ius civile stipitem pro primo gradu aestimat, & quidem in ascendenti linea patrem stipitem, in descendenti vero filium stipitem collocat primo gradu.

Ius canonicum stipitem communem non computat, sed primam ab ea generationem, ut liberos, quia prima sunt generatio à parentibus, primum faciunt gradum.

DE CONSANGVINITATIS Gradibus.

Consanguinei siue cognati dicuntur, ab eodem patre seu matre procreati, Blutsgewandte, oder Blutsverwandten.

Consanguinitas est vinculum personarum, ab vno stipite descendentiū carnali propagatione contractum, Consanguinitas autem dicitur quasi sanguinis vnitas, Blutsfreundschaftt, Blutsverwandtschaftt.

E 4

Cognae

DE CONIUG.

Cognatus in genere, ein Vetter/
ein Mog. Sed in specie:

Agnati dicuntur, ex virili sexu
iuncti sanguine, Schwertmagen / die
vom Schwerte.

Cognati, ex linea foeminina con-
sanguinei, Spielmagen / die von der
Spindel / der Mutter Blutsfreunde.

VOCABVLA CON-
SANGVINEORVM.

IN LINEA ASCENDENTE.

7. MAIORES vo-
cantur omnes superiores, Voreltern/
vorfahrn.

6. Tritauus. Tritauia.

5. Atauus. Atauia.

4. Abauus. Abauia.

Vorelder / Elder / Vater vor ober
elder mütter.

3. Proauus ober elder Proauia, ober
vater / vhr anher. elder mütter / vhr-
anfrau.

2. Auus.

QUALLES.

2. Avus. Grosvater / Aufa. Gros
elder vater anher. mutter elder
mutter anfraw.
Pater. Mater.
Filius. Filia.

IN LINEA DES-
cendente.

Pater. Mater.
1. Filius. Filia.
2. Nepos. Enckel / Neptis. Encklin.
Nesse. Nessim. Nissel.
3. Pronepos. Under Proneptis.
Nesse. Under
Nissel.
4. Abnepos. Nech Abneptis. Nech
Nesse. Nissel
5. Atnepos. Atneptis.
6. Trinepos Trineptis.
7. MI NO RES seu
posteriores. Nachkömlinge.

IN LINEA COLLA-
teralium.

Patrisratione Collaterales.

E 5 ABPA

DE CONIUG.

ABPATRVS, vel
Patruus maximus
Frater abauis.

ABAMITA
vel Amita maxi-
ma soror Abauis.

PROPATRVS, frater
proauis, ober vetter/oberbase
auis. Obermuhme ober ohem.

PROAMITA
soror pro-

PATRVS MAGNVS. AMITA Magna.
frater Aui. Gros vetter. soror Aui. gros
Gros base. muhm/gros ohem.

PATRVS, frater
Patris. vetter.
Coniunx ipsius
Base.

AMITA soror
patris. muhme.
Maritus eius,
Ohem.

MATRIS RATIONE
collateralis.

ABAVUNCVLVS
vel auunculus maximus
frater Abauis.

ABMATERTERA,
vel matertera ma-
xima, soror Abauis.

PROAVUNCVLVS,
Frater proauis.

PROMATERTERA
soror proauis.

AVUNCVLVS Magnus,
Frater Aui.

MATERTERA magni.
soror Aui.
Auu.

QUALIS.

FRATRES,
frater Matris,
Bettter /

MATERTERA,
Matris soror,
Muhine.
μῆτρα δ'ελφί.
ἑῶα.
ratis.

μῆτρα δ'ελφί.
ἑῶα.

Fratrum & sororum
ratione.

PATRUELES
Fratrum liberi
Bruderfinder.
Item Betttern

CONSOBRINI
Sororum, vel sororum
& fratrum liberi.
Schwesterfinder.
Schwestern.
Item Besse.

SOBRINI

Patruelium vel conso-
brinorum liberi.

REGULA.

Fontes prohibitorum graduum sunt: Ius
naturale, quia mentes humana naturaliter
abhorrent nimis propinquas coniunctiones.
Deinde Ius diuinum, quod cum iure Naturæ
conuenit Leuit. 18. 20. Dent. 27. et Ius ci-
uile honestum, naturali diuinoq; congruens.

DE

DE CONIUG.
DE PROHIBITIONE
MOSAICA.

Leuit. 18. 20. Deut. 22.
27.

Prohibiti gradus Consanguinitatis.

Materteram.

Amitam.

Nouercam.

Matrem

Patrem.

Ascendendo.

Patri.

Filius prohibetur
ducere:

Filia prohibetur
nubere.

Descendendo.

Filiam.

Filiam filij & filia.

Nepiem ex filia

In linea transversali.

Filius prohibetur ducere. Sororem ex
Patre vel Matrē
Priuignam ex
Patre.

Prohibiti gradus Affinitatis.
Patris

QVALES.

1.	2.	
<i>Pat. non debet ducere matrem</i>	<i>Frater prohibetur ducere: Uxoris sororem. Fratri uxorem.</i>	<i>Filius prohibetur ducere: Patris Coniugem.</i>

EX hisce interdictis gradibus, etiam similitudo cinando estimari possunt.

Quoto enim gradu in superioribus sit prohibitio, toto etiam in inferioribus.

Deinde has Moisaica numeratib, non tantum de personis nominatis, sed de paribus quoque, & Vltterius ei annexis, intelligenda est.

TABVLAE,
DE GRADIBVS CON-
sanguinitatis.

VT autem ob oculos versentur gradus consanguinitatis liciti ac prohibiti, visum est tabulas vsitatas appingere. Vsitate autem Arbor vocatur, quia ipsa positio seu pictura graduum, arboris speciem representat.

¶

IN LL

DE CONIUG.

IN LINEA TRANSVERSALI.

<i>Proamitam.</i>	<i>promaterteyam.</i>
<i>Amitam</i>	<i>Materteram</i>
<i>magnam.</i>	<i>magnam.</i>
<i>Amitam</i>	<i>Materteram.</i>
<i>Filius ascendendo prohibetur ducere Leuit.</i>	
<i>18. Ratio quia pro parentibus habentur.</i>	
<i>Propatruum.</i>	<i>Proauunculum.</i>
<i>Patruummagnum.</i>	<i>Auunculum magnum</i>
<i>Patruum.</i>	<i>Auunculum.</i>
<i>Filia ascendendo prohibetur ducere.</i>	

DESCENDENDO
prohibentur ducere

<i>Frater</i>	<i>Soror</i>
<i>Filiam fratris</i>	<i>Filium fratris</i>
<i>aut sororis.</i>	<i>aut sororis.</i>
<i>Neptem.</i>	<i>Nepotem.</i>
<i>Proneptem</i>	<i>Pronepotem</i>

Ratio, quia
pro liberis censentur.

REGVLA.

*Inter fratrem & sororem nuptia sunt
prohibita, siue sint de eodem patre, siue de
eadem matre, quia sunt in primo gradu.
Leuit 18.*

DE F
RC

Fil
Nep
Pro

1. Inter
ROS,
iure dicitur
muni se
que sem
In secun
quali, p
uino.
1. In v
gendis,
politica
grau a
2. In te
liqui p
neaver

DE

QVALES.

DE FRATRUM ET SO-
RORVM LIBERIS.

Pater.

Filius.

Filia.

Nepos.

Neptis.

Pronepos.

Proneptis.

Regulæ.

1. Inter fratrum & sororum LIBE-
ROS, non prohibetur coniugium
iure diuino vel ciuili. Sed iure com-
muni seu obseruatione honestatis,
quæ semper plurimum valere debet.
In secundo tamen gradu in linea inæ-
quali, prohibitæ erant nuptiæ iure di-
uino. Leuit. 18.

2. In vlterioribus personis coniun-
gendis, locū habet honestas, & leges
politice in qualibet honesta gente,
grauī autoritate late & sancitæ.

3. In tertio gradu in linea æquali, as-
liqui permittunt coniugium. In li-
nea vero inæquali minimè, vt:

Pater

DE CONIUG.

Pater, Stipes

- | | |
|--------------|---------------|
| 1. Iohannes | Simon. 1. |
| 2. Albertus | Catharina. 2. |
| 3. Philippus | |

Hic Philippus prohibetur ducere Catharinam, licet in tertio gradu consistant, cum in linea inæquali, inter se dissent.

EXCEPTIO.

IN sacris literis occurrunt quedam exempla singularia, etiam in sanctis, quæ non euertunt regulas traditas, nec licitum est ea imitari. Non enim exemplis, sed regulis iudicandum & viuendum est.

Cain, Seth, proculdubio germanas sorores duxerunt in coniuges, dispensatione Dei singulari, quia aliter fieri initio non potuit.

Abraham in secundo gradu, in linea inæquali duxit coniugem.

THARE

- | | |
|------------|----------|
| 1. Abraham | 1. Aram |
| | 2. SARA. |
| | Jacob |

QVALES.

Jacob duas sorores ducit, Leam & Rahel.

BATHVEL.

- | | |
|---------|-------------|
| i. | i. |
| Rebecca | Laban. |
| 2. | 2. 2. |
| Jacob | Lea. Rahel. |

IEPHVNNĒ.

- | | |
|-------|-----------|
| Caleb | Cenas. |
| AXa | Oihoniel. |

Isaac in tertio gradu, in linea inequali
Matrimonium inu. & quidem iubente parente.

THARE.

- | | |
|---------|----------|
| i. | i. |
| Abraham | Nahor. |
| 2. | 2. |
| Isaac | Bathuel. |
| | 3. |
| | Rebecca. |

IN LINEA RECTA.

Regula.

F

76

DE CONIUG.

In Linea recta ascendentium & descendentium, prohibitum est coniugium, iure gentium & diuino in infinitum, Leuit. 18. 20. Ratio est, quia loco parentum & liberorum habentur, Nefaria autem commixtio in hac linea, appellatur incestus. Instit. de nuptijs.

Abauiam.	Et in infinitum supra.	Abauum.
Proauiam.		Proauum.
Auiam.		Auum.
Matrem.		Patrem.
Filius.		Filia.

Prohibentur ducere ascendendo. Leuit. 18.

Prohibentur ducere descendendo.

Pater.		Mater.
Filiam.		Filium.
Nepotem.		Nepotem.
Proneptem.	Et in infinitum infra.	Proneptem.
Abnepotem.		Abnepotem.

DE AFFINITATIS GRADIBVS.

Affinitas

QVALES

Affinitas est propinquitas per
sonarum, quæ ex iusto Coniugio pro-
uenit. Cum enim quispiam vxorem
ducit, vxor & vxoris consanguinei,
sunt mariti consanguineis, & sibi,
affines.

Ceterum affines dicuntur, quia
sibi mutuo, ratione coniugiorum af-
fines, quasi contermini seu propinqui
sunt. Affinitas Schwegerschafft. Affis
nis ein Schwager.

VOCABVLA AFFINIVM.

Maritus Eheman/vxor Ehefrau.
Coniunx uterq; dicitur. Sic etiam
Vir pro marito, foemina pro vxore
interdum vsurpatur, quamuis alio-
quin sint vocabula sexus. Socer vxor-
is pater, Schweger. ΠΕΥΤΕΡΟΣ Socrus
vxoris mater. Schwiger. ΠΕΥΤΕΡΑ ΕΥ-
ΠΙΟΙ mariti pater, qui & socer dicitur.
ΕΥΠΙΟΙ mariti mater, quæ etiam socrus
appellatur.

F 2

Gener

DE CONIUG.

Gener filiae maritus. Eidem.
Tochter Man.

Nurus filij vxor. Sohns Frau.
Schnur. Leuir mariti frater. ^{das}
Glos mariti soror, & fratris vxor. So-
rorius sororis vir ab aliquibus.
Schwester Man.

Fratria vxor fratris, ein geschwey.
^{die} vxores duorum fratrum vxores. Die
heissen sich Schwestern untereinander.
Vitricus maritus matris. Sed non pa-
ter illis quibus est vitricus. Stieff
Vatter. Nouerca vxor patris, sed non
mater illis, quibus est nouerca. Stieff
Mutter. Priuignus filius vxoris, ex
alio marito, ein Stieff Sohn.

Priuigna filia vxoris ex alio
marito. Ein Stiefftochter.

REGVLAE GENE-
rales.

I.

Corr

QVALES.

Consanguinei mariti, sunt affines uxori,
et consanguinei uxoris, sunt affines marito.
Non igitur late vagatur affinitas.

II.

Consanguinei coniugum viriusq; partis,
non sunt inter se affines. ut matrimonia contra-
here non possint. Hinc duo fratres non prohiben-
tur duas sorores ducere. Item pater ac filius, non
prohibentur ducere matrem & filiam.

III.

Quoio gradu consanguinei uxoris, sunt
ipsi uxori iure consanguinitatis, eodem gradu
sunt ipsi marito uxoris iure affinitatis, & e con-
tra. vi.

Frater & soror iure consanguinitatis, pri-
mo gradu sibi inuicem propinqui sunt. Ergo
frater uxoris, marito primo gradu affinitatis
iunctus est.

IIII.

Tres sunt species affinitatis.

1. Quando una persona mediante contra-
hitur affinitas, ut quando frater ducit coniugem
et frater prima specie affinitatis iungitur.

F 3 2. Qua

DE CONIUG.

2. Qua sit duabus personis medianibus. Vt quando frater mortua prima, ducit alteram.

3. Qua sit tribus medianibus, Vt quando fratre defuncto, ea nuberet alij.

V.

In iure Canonico, prohibitio est vsq; ad quartum gradum inter consanguineos, ita etiam inter affines.

Sed lex Megapolensis est, vsq; ad tertium gradum inclusivè, tam in aequali quam in inaequali linea.

Hoc est, Vxor non potest nubere illis, qui marito tertio gradu consanguinitatis iuncti fuerunt, & e contra. In alijs autem regionibus variat ista constitutio. Nam alibi in tertio gradu linea aequali permittitur, in inaequali vero non.

VI.

Maritus & vxor, alter ab alterius consanguineis abstinere debent, ut à proprijs, quia sunt una caro.

TABV.

QVALES
TABVLAE.

DE GRADIBVS AFFI-
NITATIS.

DE LINEA RECTA
ascendendo.

6. *Aniam vitrici.*
aut nouerca.
7. *Aui paterni aut*
materni uxorem. 5. *Proau uxorem.*
4. *Marem vitrici*
aut nouerca. 4. *Proaniam uxoris.*
3. *Nouercam suam.* 3. *Aniam uxoris*
sua.
2. *Sponsam patris.* 2. *Nouercam uxoris.*
1. *Concubinam patris.* 1. *Socrum, sponse*
matrem.

Filius prohibetur ducere ascendendo
omnes, matris rationem habent
tes, respectu sui vxor
ris, vt

Marito proauia.

Auo vitrici aut nouerca.

F A

Marita

DE CONIUG.

Mario auiæ pa-
terne.

Mario auiæ ma-
terne.

Patri vitrici aut
nouerca.

Sponso matris.

Vitrico suo.

Proauo
mariti.

Auo ma-
tri sui.

Socero.

Vitrico
mariti.

Filia prohibetur nubere ascendendo
omnibus, patris rationem
habentibus.

DE LINEA RECTA
descendendo.

Pater vel vitricus prohibetur
ducere.

Præuignam.

Filiæ sponsam vel
Nurum.

Præuigni uxorem.

Nepotis uxorem.

Neptem ex præuigno.

Pronepotis uxorem.

Proneptem ex præuigno.

Ratio est, quia sunt loco
liberorum.

Mater

QVALES.

Mater seu nouerca prohibetur nubere.

<i>Prinigno.</i>	<i>Genero seu sponso</i>
<i>Prinigna marito.</i>	<i>filia.</i>
<i>Nepoti ex prinigno.</i>	<i>Nepotis marito.</i>
<i>Nepoti ex prinigno.</i>	<i>Proneptis marito.</i>
<i>Pronepti ex prinigno,</i>	
<i>vel prinigna.</i>	

DE LINEA TRANS-
uersali.

<i>Patri magni seu</i>	<i>Amita magna aut</i>
<i>auunculi uxorem.</i>	<i>matertera magna</i>
	<i>marito.</i>
<i>Patri vel auunculi</i>	<i>Amita aut mater-</i>
<i>uxorem.</i>	<i>tera marito.</i>
<i>Sororem soceri aut</i>	<i>Fratri soceri aut</i>
<i>socius.</i>	<i>socius.</i>
<i>Frater prohibetur</i>	<i>Soror prohibetur</i>
<i>ducere</i>	<i>nubere.</i>

ASCENDENDO.

DESCENDENDO.

Frater prohibetur ducere.

F 5

Fratri

DE CONIUG.

Fratri uxorem.
Filij fratris aut
sororis uxorem.
Nepotis ex soro-
re aut fratre
uxorem.

Sororem uxoris.
Filiam fratris aut
sororis uxoris sue.
Nepotem fratris aut
sororis uxoris
sue.

Soror prohibetur nubere.

Sororis sue marito.

Fratri, mariti sui
defuncti.

Filia fratris aut so-
roris sue marito.

Filio fratris aut so-
roris mariti sui.

Nepoti mariti ex
fratre vel sorore.

Nepoti fratris aut
sororis mariti sui.

Summa totius rei, in doctrina de gradibus
consanguinitatis & affinitatis, hisce duabus re-
gulis constringi & absolui potest.

1. In linea ascendentium & descenden-
tium, prohibetur coniugium iure naturali, diuino
& positivo.

2. In linea transversali prohibetur coniugi-
um, usq; ad tertium gradum pro constitutione,
politiarum, vel apud quosdam ad quartum, iu-
re positivo.

CON.

QVALES.
CONTRARIA.

Eunuchos iungere matrimonio, id quod
contra naturam est, & alteri parii est occasio
peccatorum; vel saltem mœsticia perpetua & no-
xia. Alia vero res est, quando post contractum
& consummatum matrimonium, damna acci-
dant, qua vinculum coniugij minime dissolunt.

Impuberes desponsare, nec tam coniugum,
quam opum & potentia coniunctionem atq; aug-
menta spectare, quales quidem desponsationes,
rarissime feliciter cedunt.

Incestæ nuptiæ, quæ in prohibitis gradibus
consanguinitatis, vel affinitatis, contrahuntur.
Quo autem propriori gradu iunguntur, eo fecer-
it & abominabilior est copulatio, grauiorq; po-
na digna, ut Loth ebrinus, cum filiabus incestum
committit. Ruben nonsercam contaminat. Ab-
solon patris concubinas stuprat. Oedipus ma-
trem ducit licet inscius.

Hæc sunt tanta facinora, à quibus omni-
um sanorum pectora abhorrent, & quæ Deus
grauissime punit. Est enim vox Dei perpetua
& immota, Omnis homo ad proximam sangui-
nis sui non accedat. Leuit. 18. Ac testatur Deus,
Ægyptios & Cananitas, propter turpitudines
tales, horribiliter punitos esse.

DE

DE CONIUG.
DE DISPENSATIONIBUS.

Quae iure naturali & diuino sunt prohibita, nulli mortalium licet dispensando violare. Ratio est, quia Deus postulat obedientiam, & puniit violantes ordinem à se sancitum.

In ijs verò, quae iuris positui sunt, propter graues causas, rectè diiudicatas, dispensatio interdum admitti potest ab ijs, quibus iudicium conuenit. Non enim cuiilibet privato integrum est, leges posituas graui iudicio constitutas, violare aut mutare pro suo libitu.

In ijs porò casibus matrimonialibus, quibus Papa Romanus, pro pecunia legitime potest dispensare, quilibet pastor aut Magistratus, etiam absq; pecunia potest dispensare. Sed Normae sit verbum Dei, publicae, honestas.

Causae autem dispensationis in ijs, quae iuris positui sunt, tres numerantur.

1. Ratio publica pacis.
2. Favor liberorum è tali matrimonio procreatorum, vt nimirum legitimi habeantur.
3. Cum infideles, suo inter gentes iure, matrimonio inierunt.

DE

CONSENSV.
DE CAUSA FORMALI
coniugij.

*Ad causam formalem Coniugij, haec qua-
estur pertinent, quae ordine consideranda sunt.*

1. Consensus contrahentium & parentum.
2. Desponsatio honesta.
3. Copulatio publica.
4. Cohabitatio coniugalis, ubi & proprie-
tates reliqua coniugij, annotanda
erunt.

*Observandum & hoc est, quaedam ad sub-
stantiam Coniugij pertinere, quaedam vero ad
honestatem, quae cum publicè est recepta, vim
maximam habet, ac Necessitatem quandam
adfert.*

DE PRIMO.

DE CONSENSV CONTRA-
hentium matrimonium.

*Consensum eorum, qui Coniugium initu-
erunt, esse necessarium, extra controversiam
apud omnes sanos est, sed tamen rationes aliquas
assignabimus, plenioris certitudinis gratia.*

i. Quia

DE CONIUG.

1. Quia coniugium, est voluntaria copulatio maris & femine.

2. Quia Coniuges sese inuicem amare debent. Ergo consensum accedere necesse est.

3. Quia officia mutua sibi debent prestare, non tantum in prosperis, verum etiam in aduersis rebus. Ergo consensum adesse oportet.

4. Quia indiuiduam vitam consuetudinem continet, quae sine consensu observari non potest.

5. Quia coactio non gignit, sed impedit amorem Coniugalem, & plurimis peccatis ac damnis occasionem praebet.

6. Quia ratio hoc dicit, & ab omnibus sanis hominibus iudicatur, consensum esse de substantia Coniugij. Inde haec regula velus principium in Iure civili extat: Coniugia mutuo consensu fiunt.

Consensus autem contrahentium Matrimonium, est voluntatis recte indicantis, assensus ex utraque parte, de vita coniugali legitime in eunda, eaque fideliter & constanter per omnem vitam obseruanda.

Est autem consensus duplex, Liber nimirum

CONSENSV.

non aut coactus. Liber quoque suas habet restri-
ctiones, ut paulo post dicendum erit. Item, A-
lius est consensus expressus, alius tacitus. Item,
alius nudus, alius roboratus arris, vel iura-
mentis, vel cognitione carnali. Item, Condicio-
nalis & planus, seu purus, & simplex absq; con-
ditionibus.

Quinam autem consentire valeant, non
tantum leges civiles, sed etiam consideratio na-
turarum doceat. Non enim omnium ingenia,
equaliter maturescunt ad iudicandum. Necessè
est enim, consensum iudicio quodam fieri, ne
quis consentiat in rem sibi nocentem. Appetunt
per se talem rem, qua ipsi sit exitiosa, ubi
non tam approbandus, quam reiiciendus ipso-
rum est consensus.

Iura autem civilia, mari annum deci-
mum quartum, puella duodecimum designant.
Sed honestas probata apud quamlibet gentem,
pellanda & observanda est.

Nunc QVALEM deceat esse consensum,
discutendum est. Sit ergo consensus ad matri-
monium.

LIBER, voluntarius, spontaneus. Nam
difficilem prouinciam subeunt viriq; futura
Contra-

DE CONIUG.

Coniuges, Ideoq; decet eos vltroneo consensu, huic quasi communi iugo colla inserere.

Ceterum LIBER ille consensus, requirit cognitionem persone, & status eius. Deinde & iudicium, quo se alteri in Coniugem quasi mancipat. Nam ex conspectu & colloquio, quod dicitur, nascitur amor. Etsi autem etiam inter absentes, literis aut internuncijs contrahitur, tamen tutissimum semper est, sese mutuo videre, alloqui, & alterum alterius voluntatem coram explorare. Deinde Coniugium contrahere, est quidem suam aliquam libertatem vendere (qua quis bona cum conscientia posset vivere celebs, si donum continentia haberet) sed simul est in honestam, & sanctam, & vtilem seruitutem sese iradere, vbi alter alteri corpore & mente suauiter seruit, mutuag; officia sibi inuicem duo homines summa amicitia iuncti, prastant. Imò spiritualiter etiam liberiores in Coniugio sunt, quam qui Coniugium contra naturam vitant, quia coniuges ab incendijs libidinum, & tentationibus Diaboli liberantur.

Non DECEPTIONE fasciatus, seu non ERRANS. Nam deceptus, vel errans, non prabet liberum assensum. Est autem contra pietatem & honestatem, decipere mendacijs personam

CONSENSVS.

sciam incautam, ut suum ad alterius Coniugium, assensum praebeat. Ac debebant Magistratus, in eiusmodi sceleratos deceptores, publicam poenam, legem statuere. Quid enim indignius est, quam eiusmodi fallacis, parentibus liberos quasi furto aut rapto quodam, subtrahere? Quid flagitiosius, quam imperitos in iugum illud diurnum, fraude inducere, in quo postea per omnem vitam, causam tum meroris, tum plurimorum malorum habeant.

Non COACTVS. Opponitur enim libero, ac debet hic liberum arbitrium, veluti in re politica, & iudicio hominum naturali aliquo modo subiecta, habere locum. Coactus autem assensus est, quando parentes aut tutores, minis aut verberibus cogunt ad eiusmodi personam ducendam, à qua animus abhorret, aut aliqui causa sunt, cur liberi assensum praeberere recusent. Item quando aliquis, per vim extorquet assensum de Coniugio futuro.

LEGITIMVS, hoc est, consentiens cum lege diuina & humana. Nam illegitimus est consensus, si consanguinei aut affines in gradibus interdictis, velint de matrimonio tractare aut consentire.

CERTVS & indubius. Solet autem consensus

G

DE CONIUG.

sensus diuidi in expressum, & tacitum. Sed accurate videndum est, an tacitus ille consensus, sit certus & indubius. Non enim regula vniuersalis est, Qui tacet, consentire videtur. Potest enim interdum puella pauca, minis territa tacere, cum tamen nequaquam assentatur, itaque valde periculosum est, ex tacito consensu pronuntiare.

CONSTANS usque ad desponsationem, & in desponsatione. Nam ante legitimam & honestam desponsationem, persona libertatem aliquam habent, propter graues causas mutandi sententiam. Sed postquam honesta desponsatio peracta & confirmata est, non est eadem ratio.

MVTVVS. Nam vnius tantum personae consensus, non constituit Matrimonium, sed vtriusque.

Consensum porro contrahentium, ideo necesse est liquidum, certum, ac planum esse, primum propter illas duas personas contrahentes, ut altera de alterius voluntate, quam clarissime sit persuasa. Deinde propter testes, & propter honestatem publicam. Tertio propter vinculum concordiae, in omni vita coniugali tenendum.

DE

CONSENSV.
DE CONDITIONALI
CONSENSV.

Hactenus de plano & pleno consensu contrahentium, quodam diximus, nunc etiam de Conditionali consensu, precedente desponsationem publicam, aliquid subiiciendum videtur.

Conditio autem vel iusta est, vel iniusta. Iusta vocatur, qua honesta & possibilis est, & ad substantialia Matrimonij, aliqua ratione pertinet.

In iusta vero conditio dicitur, qua inhonesta, vel impossibilis est, nec pertinet ad Coniugij substantiam.

REGVLA.

Videndum in conditionibus, quae iustae, quae iniustae sint? Item, in quibus aliqua iustae adhibenda?

Iustae conditiones sunt, si alteruter contrahentium, excipiat parentum aut cognatorum assensum. Item, si honeste sit natus, ac possit in societate honesta artificum tolerari (Ampt vnd gilde besizzen.) Item, si ex pectet una pars, donec altera adolescat, & similes.

G 2 REGV.

DE CONIVG.
REGVLA.

Conditionalis assensus est imperfectus, ante conditionis impletionem, eamq; ob causam mutabilis, iuxta Dialecticam & veram regulam. Positio conditionalis, nihil ponit.

Iniuste conditiones sunt, pugnantes cum verbo Dei, aut honestate, aut quae sunt mera ludificationes, ut, si altera pars interficiat parentes, aut si furetur patri thesaurum, aut si velit prius secum in scortatione vivere, aut si caelum digito attingat, vel aquam toto mari exhauriat, &c.

REGVLA.

Iniuste conditiones non valent, nec requirunt impletionem.

DE CONSENSV RO-
borato.

Interdum consensui inter se contrahentium, additur quasi robur quoddam, unde roboratum appellare libuit, ut quando ante desponsationem legitimam, (Nam intra hosce terminos nunc incedimus) sibi inuicem, vel una tantum pars alteri donat aliquid, in confirmationem pro-

CONSENSU.

promissionis, vel additur iuramentum, (Attendum tamen est, ut roboratio illa non fiat contra leges) vel accedit cognitio carnalis.

REGVLA.

In roborato consensu, personarum & totius contractus circumstantia rite sunt estimanda.

ALIA.

Ante desponsationem solennem, cuius loco desponsata, consensus contrahentium, licet roboratus sit, nondum pro confirmato aut consummato penitus matrimonio habetur iam quidem, in Ecclesia Christi ab Antichristi repurgata, nisi firmiter cognitio carnalis addita esset, ac promissio coniugij euidenter & sufficienter probari posset, qua quidem accurate cognosci & perpendi oportet.

CONTRARIA.

Priusquam de parentum consensu verba faciamus, pauca, qua cum superioribus pugnant, recensere, ut sunt consensus:

NVLLVS. Nam parentes aut iutores, interdum de Matrimonio inter duas personas
¶ 3 in eundo

DE CONIUG.

ineundo tractant, imò nonnunquam etiam despondent, ubi tamen Neutra persona alteram vidit, nec allocuta est, nec consensum alteri dedit.

REGVLA.

Ubi non est mutuus illarum personarum, qua debent fieri Coniuges, consensus, ibi etiam nullus est contractus Matrimonialis.

ALIA.

Una persona consentiente, & altera dissentiente, non fit contractus Matrimonij. Debet enim consensus esse mutuus.

OBSCVRVS ET DVBIVS. Nam aliqui captant interdum quadam vocabula, ut irruant & detineant imperitiores vel incautos, non aliter atq; auceps reti auiculas, fraudulenta sua arte implicat. Haec insidiae & eiusmodi captiones, indignae sunt bonis hominibus. Fraus enim semper odio digna est, in omnibus actionibus. Non igitur de Matrimoniali contractu, recte & iuste pronunciari potest, nisi consensus sit dilucidus, expressus, indubius, omni fraudulenta occultatione carens.

REGV.

**CONSENSVS.
REGVLA.**

*Obscurus & dubius consensus, nihil habet
valoris, nisi fiat declaratione certa perspicuus,
ubi: Dubius consensus nullus est.*

NON PLENVS. *Sapè enim fit, ut ali-
quis pro se ferat, se non omnino abhorre-
re ab altera persona, sed tamen suspendit plenum assen-
sum, seu finalem suam decisionem, in qua per-
manere statuit. Iam id quoque, fraudulentum est,
Semiplenum consensus, pro integro accipere.*

REGVLA.

Non plenus assensus, non obligat.

ERRANS *seu per deceptionem acquisi-
tus. Iam rectè dicitur, Dolus consensus exclu-
dit. Iudicium enim, non habuit rectam indica-
tionem seu noticiam rerum & personarum.*

REGVLA.

*Errans consensus, pro nullo habetur. Sed
circumstantiæ diligenter ponderandæ sunt. Nam
error differt secundum obiecta, ut suo loco di-
cetur.*

G A

PRÆ

DE CONIUG.

PRÆCIPITATIVS. Est autem precipitatus consensus, species errantis. Nam interdum non rectè exploratis rebus, aliqua verba imprudenter effunduntur, quorum postea, omnibus melius cognitis & consideratis, poenitet.

REGVLA.

In precipitate consensu, circumstantia grauitèr consideranda sunt, an sit errans consensus vel non?

COACTVS. Solent parentes aut tuores, interdum liberos vi cogere, vi pro suo arbitrio ducant coniuges, aut nubant maritus, vel opum, vel familia, vel amicitia grata, cum tamen liberi non ament personas oblatas, idq; faciunt vel minis, vel morositate, vel arcendo ab illis, quibus cum optarent Coniugium inire.

Usu quoq; euenit interdum, vi aliquis puellam aut viduam minis adigat, vi sibi matrimonium promittat.

REGVLA.

Coactus consensus in Matrimonijs, pro nullo habetur, quia consensus debet esse liber.

¶ LLE-

CONSENSV.

ILLEGITIMVS, qui fit contra leges di-
uinas & humanas.

REGVLA.

Illegitimus consensus, nihil tenet.

INTERRUPTVS, nimirum ante legiti-
mam desponsationem & confirmationem matri-
monij. Habeat autem ista interruptio graues
causas. Nam alioqui, leuitas, inconstantia, va-
nitas, reprehensione digna sunt.

REGVLA.

Interruptus consensus, factus iustis de cau-
sis ante desponsationem, tollit priorem consen-
sum.

EXCEPTIO.

Semper autem concubitus, item vtriusq;
consensus qui postea sequitur, & ratificatio pa-
rentum, qui tandem accedit, quandam è se re-
uera adferunt, iuxta sapientum iudicium esti-
mationem.

DE ASSENSV PA-
rentum.

§ 5 Paren-

DE CONIUG.

Parentum & tuorum, quorum in potestate sunt liberi, assensum esse necessarium, ista rationes demonstrant.

Quia verbum Dei id docet, ut Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam. Sed non in honorem parentum, verum in ignominiam ipsorum vergit, contra ipsorum voluntatem, de Coniugio decernere atque transigere.

Deut. 7. Filiam tuam non dabis filio eius, (scilicet Cananei) nec filiam eius accipies filio tuo. Hic dilucidis verbis Deus, parentum assensum sancit & tradit.

Hieremia 29. Date filiis vestris uxores, & filias vestras date viris.

1. Corinth. 7. Qui filiam suam elocat, bene facit.

Item si vota in veteri Ecclesia, sine parentum consensu facta, non valebant, praesertim quando contradicerent, ut textus in Numeris cap. 30. sonat: Ergo multo magis parentum assensum, in Matrimonio accedere convenit.

Quia Natura hoc consentaneum esse, honeste gentes senserunt. Sic ab Ambrosio in historia Re-

CONSENSV.

na Rebecca, versus Euripidis ex Andromacha
manur, ubi puella verecundè & rectè inquit:

Νομφευμάτῳρ μέρ τῶρ ἐμῶρ πατῆρ ἐμός
μέριμνῶν ἔξῃ, κ' ὄνκ ἐμός κρίνθρ τῶδε.

Eiusmodi verò disciplinam lex Natura
dedit, & omnes sani improbant istam libero-
rum petulantiam, quando inscijs & inconsul-
tis parentibus, cum coniuge futuro contrahunt.
Si enim cum honestis Matrimonium contrahe-
re decreverunt, cur parentum voluntatem non
exquirunt, à quibus liberi hanc suam corporalem
vitam & nutritionem habent? Sin cum inho-
nestis matrimonio iungi cupiunt, cur non paren-
tes, rectius sapientes & consulentes, audiunt?

Quia Ius civile assensum parentum confir-
mat. Sic enim Imperator inquit, Filij familias
consensum habeant parentum, quorum sunt in
potestate. Nam hoc fieri debere, & civile, &
naturalis ratio suadent, in tantum, ut IVSSVS
parentum precedere debeat. Instit. de nuptijs,
tit. 10.

Quia exempla illustria in sacris literis de-
scripta, id docent, ut Abraham, Isacco filio suo
ducit coniugem. Gen. 24. Rebecca Iacobum fili-
um.

DE CONIUG.

um, & familia sua iubet uxorem ducere. Gene. 28. Simson à parentibus petit, ut sibi alienigenam ducere liceat. Iudic. 14.

Quia rectè constituta Ecclesia omnino indicant, parentum consensum atq; consilium, ad liberorum Coniugia accedere oportere, & existimant, non futura felicia Matrimonia, qua neglectis vel contemptis parentibus fiunt. Visu enim comperium est, Benedictionem parentum liberis prodesse plurimum, ad uniuersam vitam feliciter agendam. Maledictionem verò ipsorum, toti posteritati nocere plurimum. Eiusmodi enim quartum praeceptum habet appendicem, ut sis longeuus super terram. Ergo si quis non honoret parentes, metuat ipsius Dei iudicium, de breui, & infausta vita.

Quia bona conscientia ratio hoc exigit. Quam enim conscientiam habebunt liberi in coniugio, atq; adeo in uniuersa vita, si contra parentum voluntatem Coniuges duxerint, si modo parentes iustam dissuasione causam habeant? Manifestum enim est, Coniugium tale vita genus esse, quod varias adferat curas, molestias, afflictiones. Iam qua conscientia Deum inuocabis, si absq; parentum voluntate, Coniugio te implicueris?

Quia

CONSENSV.

Quia sine peccato, & sine multis damnis,
que postea omnium maximè sentiuntur, magno
cum malo, quando non est integrum mutare,
cuiusmodi contractus Matrimonialis fieri non
potest. Nam liberi interdum ab aliquibus sedu-
cuntur, ut contra parentum voluntatem ducant
uxores, aut pravo, ac caco amoris impetu serun-
tur, qui iudicium viciat & impedit. Postea de-
flagrato illo furore, serò sapiunt Phryges. De-
seri quoque à parentibus & amicis, tanquam im-
morigeri & furiosi liberi, in inopia duram a-
gunt penitentiam. Non raro insuper incidunt
amorum distractiones, desertiones, & alia
scelera. Ne igitur liberi tantis Diaboli tentatio-
nibus locum dent, reuerenter parentum consili-
um expetant & expectent.

Quia eiusmodi contractus, repudiata pa-
rentum auctoritate, scandalosi sunt, & gignunt
offensiones multorum hominum. Solet enim Di-
abolus ex uno peccato, integram peccatorum
plurimorum quasi talem texere ac dilatare, ad
perniciem plurimorum hominum. Iste igitur
rationes, p̄ys quidem ac honestis hominibus, non
videntur parui ponderis. Sed petulantibus inge-
nijs, nihil tam firmum opponi potest, quin sua
Adamantina fronte perrumpere tentent.

Est autem parentum consensus de Coniu-
gio li-

DE CONIUG.

gio liberorum, duplex. Alius precedit desponsationem. Alius sequitur. Nec dubium est, malitio honestius esse, assensum parentum precedere, quam sequi.

Item alius assensus est iustus, alius iniustus. Semper autem Norma iusticia in conspectu habenda est.

Fundamenta autem assensus parentum, merito sunt: Amor liberorum, timor Dei, honestas, rectum iudicium, & salus liberorum tam spiritualis, quam corporalis.

Proprietates assensus parentum, eadem sunt, qua contrahentium Matrimonium nempe ut sit liber, non coactus, aut vi extortus, non errans, non illegitimus, non perplexus & dubius, non inconstans.

Finis sit, ut liberis, de pijs & honestis Coniugibus prospiciatur. Ut liberi honeste & sancte vivant, ac bona conscientia Deo servant, ne impudica vita Deum excutiant, & fiani mancipia impuri spiritus. Denique, ut in Oeconomia liberi, se sobolemque suam enutriant.

CONTRARIA.

Diffensio

CONSENSVS

Dissensio parentum. Cum autem ea certas habeat limitationes, ideo quadam paulo clarius de ea sunt differenda.

DE DISSENSIONE PARENTVM.

Dissensio parentum est duplex. Alia iusta est, alia iniusta.

Iusta dissensio parentum est, qua habet causas pias, honestas, viles, ad Matrimonij substantiam pertinentes, que tum in conscientia parentum, tum in iudicio piorum & bonorum virorum consistere queant, ut si liberi velint contrahere cum propinquis aut affinibus, in gradibus prohibitis. Aut cum gentibus idololatrie, vel Iudeis in conuersis, vel hominibus palam ad Deos, Magis, veneficis notorijs, vel latronibus, quos Magistratus Christianus tolerare in communi hominum societate, ex mandato diuino non potest.

Aut quando liberi decepti sunt per copulatrices improbas, ut re non plene cognita, aut considerata, fraudulentè sint quasi capti & illaqueati.

Aut quando liberi quasi obcecati temerario

DE CONIUG.

rario amore, aut furore potius dementati, cum talibus volunt matrimonium inire, cum quibus neq; cœlum neq; domum quod vulge dicitur, edificaturi essent. Id vero necesse est, non tantum parentum, sed plurimum piorum honestorum hominum recte iudicantium grani iudicio, esse manifestum. Et videndum est, ubi est iudicium locum habeat.

Aut quando in honestas & infames personas, in contumeliam sui, & parentum, & familia vellent ducere. In honestatem autem dico, non ex sermone quorundam, sed ex factis manifestis. Nam calumnia, semper in mentiendo effrenis est, neq; ulli facile est, Sycophanarum morsus evitare. Vbi autem manifesta est in honestas persona, ibi sanè parentes gravem causam dissentiendi habent, quia liberi interdum iudicio errant, & quasi amantes sunt, quod sui suorumq; honoris non habent rationem, ut si meretricem publicam, aut stupratam ab alio, velint ducere.

Aut quando filia alicui errori, cuius vagandi libido publicè cognita esset, nubere vellet, apud quem in periculum corporis & animæ ventura esset, &c. Fundamentum istarum dissuasionum est, quod parentum officium sit, bonis & pijs consilijs liberos iuvare.

In iusta

CONSENSV.

Iniusta dissensio parentum est, quando
sive causis pijs, honestis, vtilibus, & ad ma-
trimonij substantiam pertinentibus, morose
dissentunt, aut liberos tyrannice volunt co-
gere, vt illis personis coniungantur, quas
comare non possunt. Patria enim potestas, ne-
quaquam est morositas vel tyrannis, sed est
auctoritas iusta, & grauiratione fulcita: Sed
exempla subiiciemus:

Vt, quando parentes oderunt personas,
cum quibus liberi volunt contrahere, propter
offensiones quasdam suas priuatas, et ad sub-
stantiam Matrimonij non pertinentes.

Vel, quando parentibus persona non satis
formosa, seu no satis opulenta videtur, cum a-
liquin sit honesta, et suae filiae aut filio placēs.
Hae enim causa non est sufficiens dissentiendi.
Nam sepe pauper, melius conseruat & auget
bona accepta a coniuge, quam diues, qui di-
spendat, vt non raro vsu venit.

Vel, quando status non nihil inferior
videtur, cum tamen illi status creberrime
cum fortuna, seu vt magis pie loquamur, cum
iudicio Dei mirabili, immutentur.

Dilatio quoq; & impeditio coniugiarum
H
dij-

DE CONIUG.

diuturna, quando liberi idonea ad coniugium
 etate præditi sunt, meritò in parentibus re-
 prehenditur. Nam aduersantur parentes or-
 dinationi Dei primùm. Deindè liberos in pe-
 ricula conscientiarum et corporum conuincunt,
 ut uel clam cõtrahant, uel alioqui turpi uita,
 in Diaboli casses incidant, pro quibus quidem
 peccatis, grauem Deo parentes rationem red-
 dere cogentur. Causæ autem, cur liberos ex-
 trahant, plerunq; sunt carnales et futiles, ut
 quod liberos non libenter à se dimittunt, aut
 nondum satis pecunia ad sumptus nuptiarum
 collegisse uidentur, aut nondum talis procius
 oblatus est, qualem ipsi suis capitibus somni-
 ant. &c.

Tyrannis uerò, qua parentes conantur
 liberos adigere, ut pro suo arbitrio, coniuges
 ducant, à quibus toto pectore abhorrent, odio
 et improbatione digna est. Nam amor coniu-
 gum est donum Dei, nec est situs in hominum
 arbitrio. Deinde, quia coniuges indissolubili
 uitæ societate copulantur, æquum est, ut om-
 nium maximè mutuus ipsorum consensus ex-
 tet, neq; coactione implicentur uita, in qua
 per omnem etatem dolendum sit.

Politici aiunt, parentum autoritatem

CONSENSV.

In causis Matrimonialibus, respectu libero-
rum expirare, in quatuor potissimum:

Primum, quando parentes suo iure abu-
santur contra legem, vel morositate, vel ty-
rannide sua.

Secundo, quando capti sunt parentes, aut
alioquin nimis diu absunt.

Tertio, quando parentes sunt furiosi.

Quarto, si filij sint emancipati.

Quando autem in causis Matrimonialibus
parentes immoderate seu iniuste sese gerunt,
liberi non decernant priuato consilio, sed bono
ordine prius ad viros, bonos rem illam aefe-
rant, ac non tantum consilium exquirant, sed
etiam orent, vt parentes ab iniqua sententia
abducant. Quod si porro parentes morose per-
gant, nec flecti possint ad legitimum Magistra-
tam sese recipiant, eumq; reuenter rogent,
vt parentes recte instituant. Sin vero adhuc
parentes bonis & honestis ceptis, & iudicio
conestorum virorum, adeoq; legitimi Magi-
stratus sententiae et monitioni pertinacissime
reluctentur, liberi Deo obtemperant, coniugi-
aq; cum timore Dei contrahant, parentibus
alioquin in omnibus pijs rebus, debitum hono-
rem & obedientiam praestantes,

DE CONIUG.

Obiectio

Id solum est necessarium ad Matrimonium, quod solum facit matrimonium. Sed consensus solus contrahentium, facit Matrimonium, non consensus parentum.

Ergo parentum consensus non est necessarius ad Matrimonium.

Minor probatur, quia solus consensus contrahentium, ad substantiam Matrimonii pertinet. Parentum verò consensus, est aliquid extra Matrimonium liberorum.

Hinc aliqui dicunt, Consensum parentum non esse de Necessitate, Sed de Honestate.

Respondeo ad Maiorem. Est tamen mandatum Dei, ut omnia iusto & debito ordine fiant, hoc est, tali ordine, quem aut ipsa Natura praescribit, aut honestarum gentium Consuetudo.

Ad Minorem. Supra, multis illustribus rationibus est ostensum, lege Dei, Naturae, civili, consensum parentum legitimum esse necessarium. Itaque peccatum coram Deo, & honestis hominibus est, parentum recte & pie iudi-

DESPONSATIONE.

illiantium, voluntatem atq; auctoritatem,
solidare. Est enim manifesta impietas, con-
tra quartum præceptum.

DE SECUNDO.

DE DESPONSATIONE.

Primum vocabula quedam annotabimus,
quæ in hac parte occurrunt.

Puer, iuuenis, eam ætatem complectitur,
quæ infra virilem est. Puer autem à pubes,
dici videtur, vnde & Germanicè vocamus
den pube! Accipitur autem præterà puer,
pro seruo interdum.

Adolescens, à pueritia annis, vsq; ad
trigesimum aut circiter appellatur. Iuuenis
vero vsq; ad trigesimum, & dicitur iuuenis à
iuuando, quia tū vires crescunt, & suppetunt,
ad labores sustinendos, Ein starkter
junger geselle / der arweit tragen kan.

Ephæbus, qui ad pubertatis annos venit.
Alias vocari solet adolescens.

Virgo, puella intemerata. Virago viribus
similis

DE CONIUG.

similis viro, seu heroissa, animi & corporis viribus pollens. Inde per Syncopen virgo dicta putatur. Valent enim vsu vocabula, sicut nummi.

עלמה *Virginem significat, ab occultatione, quia vetustas non patiebatur, puellas nobiles praesertim, in publicum prodire, ne raperentur ab inuerecundis, neue malos mores addicerent. Esa. 7. Ecce Almah concipiet.*

Sponsus, cui desponsata est certis verbis & ritibus, puella in vxorem. *ווּמָוּס.*

Sponsa, puella desponsata alicui in vxorem. *וּמָוּסָא, מַוּסָא.*

Sponsalia ipse contractus dicitur, quo duo, coniugium sibi inuicem promittunt, a sponte, quod a sponte trahitur, quia deliberato et bono consilio, liberoq; animo aliquid promittitur & confirmatur.

Procus, petitur Matrimonij. Nam apud Veteres procare, significabat petere.

Paranymphus, qui adest sponso in curandis nuptijs.

Auspex, qui ex virili parte nuptijs celebrandis praesit, ab auibus, quia gentes veteres

DE SPONSATIONE.

sine religione quadam nuptias ordiebantur. Inde auspicare pro fauste incipere.

Pronuba, quæ celebrationi nuptiarum præest, ex parte sponsa.

Ein Buel, est a Baal, Dominus qui amatur.

Brauth, Bruth, à brueten, à calore seu incubando dici videtur. Naturali autem calore mater familias fouet liberos, & singulari affectu & sollicitudine eos fouet ac nutrit.

Sponsalia autem sunt contractus, quo legitime & honestè alicui despondetur, seu condecitur vxor & econtra, donec nuptia ritè celebrentur. Nam veteres solebant vxores spondere ac stipulari certis verbis & ritibus Germani vocant **Getlobnis** oder **verlobnis** halten vom loben / quod non significat simpliciter promittere, sed cum quadam astringitione polliceri, & sine dubio est à glauben, ge loben, & per *Apharesin*, loben. Germani dicunt, **wir lobet mus halten** / id est, quæ spondet tenetur satis facere. Item, die Ehe feste machen. Nam post sponsalia indicatur Matrimonium firmum, licet copulatio Ecclesiastica non mox accedat. Inde autem appellantur eiusmodi personæ, quæ sibi inuicem desponsatæ sunt, sponsus ac sponsa. Cum verò nuptias celebrant, mariti nomē et vxoris penitus induūt.

DE CONIUG.

Contractum voco ipsa sponsalia, quia non est iocus Coniugium, sed indiget maturo iudicio & libero, & requirit seriam actionem.

Legitimé dico, quia contra leges diuinas & ciuiles, nulli contractus sunt probandi.

Honesté addo, quia mores & virtus cuiusq; honesta ciuitatis, hac etiam in parte obseruandi sunt. Deinde coram illis sponsalia celebranda sunt, quorum consensus ad Matrimonium requiritur, modo illi suo iure non abutantur, recteq; se gerant.

Donec nuptiis celebrentur, ideo adiungo, quia sponsalia, et copulatio solennis differunt, Nam sponsalia sunt stipulationes & pacta de nuptiis futuris, seu sunt initiatum coniugium, scilicet sponsionibus et conuentionib; mutuis, Copulatio verò solennis, facit consummatum coniugium. Nam eam sequitur cohabitatio coniugalis. Ante copulationē enim solennem non est fas inter Christianos quidem, sponsum & sponsam coniugaliter cohabitare.

Sunt autem sponsalia duplicia. Pura nimirum & conditionalia. Pura sunt, quae descriptis verbis, & sine exceptione fiunt. Conditionalia

DESPONSATIONE.

Sponsalia verò sunt, quibus aliqua honesta ex-
pectatio additur.

Item. Alia sunt simplicia, alia firmata.
Simplicia sponsalia sunt, quæ simplicibus ver-
bis transiguntur. Firmata sunt, quæ vel iura-
mentis, vel arris sunt roborata, et quasi
vallata.

Alia præterea sunt solennia seu publica,
alia sunt clandestina. Solennia sunt quæ non
tantum manifeste, sed etiam iuxta honestos
mores cuiusq; gentis aut ciuitatis, fiunt, in
præsentia eorû quorum interest. Clandestina
sunt, quæ priuatim, inscijs aut inuitis ijs fiunt,
quorum sunt in potestate sponsus et sponsa.

Alia sunt sponsalia per verba de præsentì,
alia per verba de futuro. Per verba de præ-
sentì, est desponsatio simplex et plana de con-
iugio. De futuro autem sponsalia, sunt promissio-
nes de coniugio futuro, quæ habent condi-
tionem honestam annexam.

Iste autem species sponsaliorum, nascuntur
ex causa formali.

Quis verò despondere debeat, non est ob-
scurum. Nam possunt id facere vel ipse per se
quæ sibi inuicem Matrimonium honestum,

DE CONIUG.

eorum honestis personis, & ijs quidem potissimum quorum interest, spondent. vel parentes, tutores, aut alij, quibus ritus desponsationum recte commendatur, ita tamen, ut persona contractura Matrimonium vel sint presentes, affirmationeque suas disertas, et ritus ritatos addant, ut stipulationem per dexteram, & similia; Vel ipsorum consensus, prius sit perspicue cognitus & exploratus. Sic parentes & cognati Rebecce inquirunt, vocemus puellam, & queramus ipsius voluntatem. Vocata vero adest, & quasita, vis ne ire cum hoc homine? promptissime respondet. Ibo inquit vna Ge. 24

Quinam autem sint despondendi, neque id obscurum est, nempe quibus iure diuino et humano concessum est Matrimonium inire, vt. 1. Qui non sunt Eunuchi, aut frigidi. 2. Qui non sunt impuberes. 3. Qui non prohibentur lege diuina aut humana, in gradibus consanguinitatis aut affinitatis.

Quomodo porro deceat fieri desponsationem, tum leges ex ipsa honestate nate, tum obseruationes in honestis ac pijs populis, docent. Sunt autem quedam ad substantiam sponsaliorum pertinentia, quedam vero ad accidentia. Ad substantiam autem pertinent ista:

PVB.

DESPONSATIONE.

PUBLICA DESPONSATIO, hoc est, per honestos testibus, & praesertim iis, quorum interest, ut coram parentibus, tutoribus, cognatis. Est enim Matrimonium publicum vite genus, ideo aequum est, ut desponsatio mutua publice fiat.

PRÆSENTIA PERSONARVM DESPONDENDARVM, vel si id consuetudo non sinit, saltem sponsus adsit, & qui nomine puella despondet, habeat perspicuam, claram, & indubiam affirmationem puella. Constant enim conjugia mutuo consensu. Ac sanè par est, neminem ulli sponso uxorem despondere, nisi prius ipsemet futuram sponsam coràm audierit, exemplo Barhuelis. Gen. 24.

VERBA DILVCIDA desponsationum, item seria, graua, & indubia, ut rectos & iustos homines, in re longè maxima, totamq; hominis vitam complectente, decet.

PURA, directa, simplex, & plana desponsatio est, quæ non habet conditionem adiunctam.

CONDITIONALIS desponsatio est, quæ honestam habet conditionem annexam
qua

DE CONIUG.

qua non completa, nondum est omnino rata
 & inuiolabilis desponsatio, ut quae eatenus
 fit, quatenus parentes consentiunt. Possunt
 autem pii et honesti homines, iudicium facere,
 quanam illa fiat ponderosa satis conditiones,
 et ad vitam coniugalem pertinentes, quae non

Verba de praesenti in desponsatione sunt,
 quae categoricè, rotundè, et perspicuè spondent
 atq; ratificant contractum coniugij. Nec ibi
 syllaba verborum scrupulosè captanda sunt.
 Loquitur enim qualibet Natio suo more, &
 inter bonos benè agere oportet, sine fraude &
 dolo malo treulich vnd ongefeyrlidy. Si quis
 vero studiosè ambiguitates affectatis, indignus
 est nomine boni viri, & affectata calumnia,
 pena à Magistratibus affici debebat, sicut ille
 qui interrogatus apud germanos à presbytero
 in ipso copulationis Ecclesiasticae actu, an pu-
 ellam sibi acciperet uxorem, cum I A deberet
 respondere, nequiter respondet I A R, idq;
 tam perplexè, ut astantes non animaduerte-
 rent imposturam. Postea deserens maliciosè
 uxorem, improbè solitus est dicere, se tantum
 ein J A R, hoc est, vnum annum spondisse,
 perinde ac si latinè fuisset respondendum,
 Annuo, & veterator dixisset, Annum.

Verba de futuro, sunt desponsationes de
 futuro

DE SPONSATIONE.

In iure Coniugio, quibus additur conditio, que
nomen vt honesta sit, necessum est. Non au-
tem ignoro, ciuiles disputationes aliam inter-
pretationem adferre. Sed nos non de priuata
collocutione et conuentione maris & feminae
hic differimus, verum de publica, honesta, &
solenni desponsatione.

Promissionem porrò de futuris seu secu-
turiis nuptijs, sponsalia solummodò confirmant
tali pacto, vt sequatur Ecclesiastica copulatio
& nuptialis ritus. Non igitur consummat ea
desponsatio coniugium, sed per stipulationem
quandam inchoat. Vnde nondum est despon-
satis integrum, cohabitare modo coniugali,
Sed sunt & vocantur sponsus & sponsa,
verlobte leute.

Accidentia autem quadam, ad eum mo-
dum substantialibus adduntur, vt substantiam
ipsam corroborent magis, licet interdum
omittantur, vt iuramenta, Asseuerationes in
nomine sacro sancte Trinitatis, dextra dato
in sigillum fidei. Annulus pronubus, vox ap-
probatoria & gratulatoria testium, eorumque
presertim, quorum auctoritas in Matrimo-
nijs requiritur.

Alia

DE CONIUG.

Alia vero nonnulla accidentia, ad substantiam coniugy prorsus non pertinent, ut locus, quod vel in templis, vel priuatis adibus sponsalia contrahuntur. Conuiuia, et similia.

Solent & alicubi Minora ac Maiora sponsalia discernere. Minora vocant, quando de dote & facultatibus inter cognatos transigitur. Maiora, quando coniugium solenniter desponsatione firmatur. Verum eiusmodi mores passim variant. Satis in praesentia sit, praecipuas res sponsaliorum attingere.

Finis desponsationum est, ut fiat publicus contractus de Matrimonio, tanquam in re honesta & magna. Deinde ut corroboretur Matrimonium inter duas personas, vq; ad copulationem solennem, & vtriusq; consensus firmus sit. Tertiò, ut vtrinq; de duply constituant, & sumptus non inutiles fiant. Quarto, ut plures pro his futuris coniugibus preces faciant.

Libet huc adicere honestissimum desponsationum morem, quem VVismariae in Ducatu Megapolensi obseruant, quae quidem ciuitas ex ruaderibus celeberrima vrbis Megapolensis adificata est, nec multò longius ab ea quam

DESponsatione.

quæ quarta parte miliaris Germanici abest, etq; sinu Baltici maris ad ipsos muros alentem, qui efficit portum commodissimum. In urbe porro ciuitate septennium officio Superintendentis, Deo benedicente, functus sum.

Facta conuentione inter eos, qui Matrimonium contrahere decreuerunt, eorumq; parentes & cognatos, tam ij qui à sponse partibus sunt, quam qui à sponso stant, plurimos honestos ciues inuitare solent, ut hora præfinita in eadem sacram, sui honoris causa ad sponsalia sua conueniant. Vbi igitur frequentes adsunt, ordine longo ad dexteram consistunt, qui ad sponsum pertinent, Ad sinistram verò, qui sponse officium præstant, ac honestiores quidem, puta senatores & cognati, in superioribus stationibus conspiciuntur. Supra verò in medium istorum duorum ordinum utrinq; locatorum, Consul aut senator quispiam procedit, ibiq; ad cæterum istum honorificam habet orationem, cuius sunt ista capita. Primum nominat sponsum ac sponsam, atq; ipsorum reliquorumq; cognatorum nomine, gratias agit toti congregationi, vicissimq; gratitudinis officia ipsis amanter promittit. Deinde commemorat, inter illas duas personas, quarum mentio sit facta, de honesto matrimonio tractari, & inter cognatos idem negocium hæctenus actum esse.

Verum

VERUM nihil dum esse determinatum atq;
 conclusum penitus, sed requiri singulorum, qui
 huic inuitati sunt, pia consilia, et honestam ap-
 probationem. Quod si enim illi cœtui hoc Ma-
 trimonium improbetur, locum adhuc esse re-
 tractationi. Deinde consul vel oratur ille, sin-
 gulos compellat sciscitādo, quid sibi videatur,
 Respondent autem singuli ordine, grauer, ho-
 neste, breuiter: personas esse honestas, & se
 approbare hoc coniugium, vt fiat in nomine
 Trinitatis, faustaq; omnia se precari. Vbi ve-
 rō isthęc rogatio facta est, suffragiaq; singulo-
 rum publicē audita sunt, tūc consul iubet eos
 in medium procedere, quibus desponsatio con-
 ueniat. et facere sponsionem coram toto cœtu.
 Prodit igitur in medium sponsus ab vna, &
 pater sponse, vel tutor, vel qui ab ipsa pote-
 statem accepit, ab altera parte, & is reliquis
 vtrinq; spectantibus & auscultantibus, ad
 sponsū inquit, spondeo tibi sponsam in vxo-
 rem, in nomine Patris, filij & Spiritus sancti,
 geresq; te erga eam, vt Christianum decet.
 Sponsus respondet, in nomine patris & filij et
 spiritus sancti, accipio eam in vxorem, ac si-
 mul in eius rei obsignationem, etiam dexterās
 iungunt. Eo factō, in locum suum, vbi prius con-
 stiterant, redeunt.

Addit porrō consul, cum sit desponsatio
 legitima

DESPONSATIONE.

Quia facta, iam quamlibet partem debere a-
lios ex hic stantibus orare, ut de progressu
desponsationem inter ponant. Si enim alterutra pars
desponsationem hanc, quod ad sit violaret, sena-
tum postulaturum esse multam, & scandali,
Ecclesiam quoque, rationem habituram esse. Con-
suetis denique, sponsoribus, sponsis, & puella co-
gnati, datis dexteris humaniter gratias agunt
singulis, qui desponsationi isti interfuerunt, atque
recipiunt à singulis faustas preces. His per-
actis quilibet ad sua negotia reuertitur.

Eam honestam Saxonica gentis consuetudi-
nem, quae à Maioribus accepta est, non dubio
omnibus bonis probari.

CONTRARIA.

Contra parentum aut tutorum voluntatem,
liberos despondere, si tamen illi rectè suo fungan-
tur officio. Nam si ut morosi ac tyranni, nolint
in Matrimonijs honestis, legitima observata ra-
tione, consentire, tanquam amentes relinquendi
sunt, & alij viri honesti, graues, pijs, Coniugio
legitimo subueniant, iuxta praeceptum, diligas
proximum tuum sicut teipsum.

Non certò cognita, & explorata volunta-
te futura

DE CONIUG.

re futuri sponsi vel sponsae, desponsationem facere, id quod contra omnem humanitatem est. Nam consensus contrahentium matrimonii, & in quidem liber, in primis necessarius est. Et quid sunt sponsalia, nisi clara & gravis voluntas utriusque, qui Coniugio optant copulari, declaratio & confirmatio. Manifestum est igitur, non cognita voluntate eius, cui spondendum est coniunx, desponsationem esse nullam.

Cogere personam, ut in desponsatione consentiat, id quod contra humanitatem est. Nam amor coniugum, est donum Dei, nec pendet ex arbitrio parentum, tutorum vel amicorum. Supra etiam dictum est, Connubia mutuo consensu consistere. Præterea non est occasio præbenda ad peccata. Sed cogere ad Coniugium liberos, plurima peccata ac damna adfert, quorum etiam illi tyranni rei sunt, nec pertinet eiusmodi coactio ad auctoritatem & officium bonorum parentum. Imò eiusmodi duri homines, in rebus multo lenioribus, quandam libertatem tueri cupiunt. Cur igitur in liberos tam sunt iniqui, in causa tanta, quæ totam hominis vitam, imò & felicitatem non postremam vite humana complectitur? Sum igitur illi parentes, tum à Ministris verbi Dei, tum à Magistratibus monendi & urgendi, ut ad eiusmodi impys coactionibus desistant.

Impu-

DESponsatione.

Impubes desponsare. Nam coniugia
nullo consensu fieri decet. Sed impubes nec
iudicare, neq; assentiri possunt, vii debebant.
Deinde fines coniugij proprij, non sunt potentia
mundana, acquisitiones opum & honorum, sed
ut homines, plures cultores Dei educant, & post
se relinquunt, vagas libidines virent, & in con-
munijs huius vite miseris, sibi inuicem solatio
atq; adiumento sint. Si vero eiusmodi desponsa-
tiones sunt, categorica esse nequeunt, quia pre-
cepto nullo matrimonij carent. Sed hypotheti-
ca esse necesse est, ut sit viri, potestas, vel as-
sentendi post annos pubertatis, vel assenti-
endi.

Clandestina desponsationes. Cum autem
hoc malum vehementer infestaret Ecclesiam
Dei sub imperio pontificis Romani, multorumq;
conscientias turbaret, ac sauciarit, ideo pie, re-
cte, grauius in Ecclesia Christi, ab Antichristi
deliramentis repurgata, à Doctoribus verbi Dei
& Magistratibus Christianis, statutum est,
clandestinas desponsationes penitus abrogandas,
& omni robore quasi exuendas esse. Sed ut hæc
doctrina magis perspicue extet, rationes sunt ex-
pendenda.

I 2 DE

DE CONIUG.
DE CLANDESTINIS
DESPONSATI
onibus.

Clandestina desponsatio, est stipulatio de conugio futuro, qua fit sine consensu eorum quorum sunt in potestate, qui stipulamur, & sine solennitate honesta, & cuius genti usitata.

Lutheri definitio haec est. Heimliche verlobnis heisse ich / das da geschicht hinder wissen vnnnd willen der jenen / so die vberhand haben / vnd die Ehe zu stiftten recht vnnnd macht haben / als Vatter / Mutter / vnnnd was an ihrer stat sein mag. Denn ob gleich tausent zeugen bey ein heimlichen verlobnis weren / So es doch hinder wissen vnnnd willen der Eltern geschehe / sollen sie alle tausent / nur für einen Mund gerechnet sein / als die ohne zuthun ordentlicher vnd öffentlicher macht / solchs meuchlings / vnd im finstern helffen ansehen / vnd nicht im liecht handeln.

Est autem iustissima lex Magistratum Christi-

DISPENSATIONE.

Christianorum, ne habeantur ulla coniugiarata
& firma, qua non sint à parentibus, cognatis, seu
amicis viriusq; partis, viris bonis, serio & gra-
uiter condita & confirmata. Rationes vero hu-
ius decreti de publica desponsatione, deq; clande-
stinorum sponsaliorum abrogatione sunt eui-
dentes.

1. Quia honestas publica, ex lege natura
promanans, id postulat, ut coniugia honeste, &
coram honestis testibus inuentur & confirma-
tar.

2. Ut periculum vitetur, ne alterutra pars
circumueniatur, neue liberi parentibus aut co-
gnatis iniuris, per insidiatores quasi per furium
eripiantur, id quod non raro machinamur im-
probi homines.

3. Ut praecidantur inextricabiles disputa-
tiones de presenti & futuro, quas Lutherus
appellat ein lauter Narrenspiel (meras nugae)
deq; alijs rebus, qua infimum pelagus discepta-
tionum gignunt, & animas in grauissima peri-
cula precipitant.

Huc pertinent & illa rationes quas ex
Decalogo & exemplis sacrae scripturae, ex lege
nature

DE CONIUG.

natura & exemplis gentilium, ex legibus Casareis & omni honestate, supra de parentum consensu attulimus. Sed Lutheri septem rationes operaprecium est adscribere.

I.

Coniugium est publicum vite genus, quod coram honestis viris & suscipiendum & gerendum est.

Sed clandestina desponsationes, sunt privatim & clam, ubi nemini de honesto contractu constat, nec possunt illi duo, occulte courabentes, de suis ipsorum rebus testificari.

Ergo clandestina desponsationes sunt prohibende.

II.

Legibus Casareis honestis est obtemperandum. Sed leges Casarea requirunt parentum, & eorum, sub quorum sunt potestate, consensum. Ergo clandestina desponsationes sunt illicitae.

III.

Veteres Canones, imò & iura Canonica, ubi rectè sentiunt, postulant consensum parentum.

DESPONSATIONE.

Ergo clandestina desponsationes sunt im-
probanda.

IIII.

Exempla veteris legis & patrum sunt
imitanda.

Sed patres in veteri Testamento, desponde-
runt liberos ex patria potestate, id quod exempla
Isaaci, Iacobi, Iosephi, Simsonis probant.

Ergo clandestina desponsationes sunt vana.

V.

Gentium honesta observationes, ex lege
natura sumpta, sunt approbanda.

Parentes inter gentes, ipsimet soliti sunt
despondere suos liberos, ut puella in Euripide
inquit, Pater meus curam habet meorum spon-
satorum, non ego, qua quidem sententia ab
Ambrosio citatur lib. 1. de Abraham.

Ergo clandestina desponsationes sunt repu-
dianda.

7 4

Qua

DE CONIVG.

VI.

Que cum ratione, & naturali equitate pugnanti, iure sunt abroganda.

Sed cuiuslibet ignoto liberum esse, filiam maximis laboribus & sumptibus educatam, seducere, sibiq; desponsare, inscijs parentibus, perinde est, ac si filia esset parentum vacca, in filia aberrans, pradæq; cuiuslibet rapacis lupi exposita, hoc est, cum omni ratione humana & equitate pugnat.

Ergo clandestina desponsationes, sunt iniqua & iniuste.

Item. Scelera non sunt honoribus coronanda.

Sed talis insidiator aut latro, sobolem, qua multis laboribus enutrita est, & insuper meas facultates, multis sudoribus acquisitas, una cum filia abripiet. Sic nimirum scelus hoc, facultatibus est compensandum & ornandum.

Ergo clandestina desponsationes, ab omni ratione, & naturali equitate sunt aliene.

VII.

Pericula

DESPONSATIONE.

Pericula conscientiarum, sunt diligenter
evitanda & auerenda, bonis legibus.

Sed clandestina desponsationes, summa &
inextricabilia animarum pericula attulerunt.

Ergo clandestina desponsationes, sunt pro-
hibenda.

Minor est manifestissima ex historijs.

CONFUTATIO OBIE- CTIONVM.

Quae ad substantiam matrimonij proprie
pertinent, faciunt matrimonium. Alia vero ac-
cidentia, non item.

Sed consensus solus contrahentium, facit
matrimonium, & non consensus parentum, quia
est accidens.

Ergo clandestina desponsationes contra-
hentium, faciunt matrimonium.

Respondeo. Nego Minorem, quia ex gra-
uissimis rationibus, sumptis ex diuina, natura,
& civili lege, adstruximus, consensum paren-
tum

DE CONIUG.

rum omnino requiri ad ratificationem Coniugij. Eisi autem consensus contrahentium, est unum de substantia Coniugij, & quidem precipuam, tamen consensus quoque eorum, sub quorum ipsi potestate sunt, est alterum, iuxta legem Dei & humanam, ad substantiam matrimonij pertinens, modo illi suo iure non abutantur.

Deinde hoc dictum, Consensus facit matrimonium, non est ita nudè accipiendum, sed videndum diligenter, qua circumstantia offerantur. Nam consentiunt etiam fornicantes & latrones, Sed non iustè, ac supra limitationes quasdam consensus istius recensuimus. Est igitur utilis regula. De consensu, est iuxta circumstantias iudicandum.

Quod porro aliqui obtendunt, Dispensationem publicam esse de honestate, Sed non de necessitate, falsum est, quia honor parentum, & observatio bonarum legum à Magistratibus latarum, est de necessitate, sua tamen ratione, ne quis cavilletur.

2.

Libera persona possunt agere proprio arbitrio.

Filia sunt libera persona nec sunt mancipia.

Erge

DESponsatione.

Ergo possunt semet desponsare alij, sine aliorum consensu.

Respondeo ad Maiorem. Scilicet iuxta legem Dei, & hominum. Non enim habent licentiam agendi qualibet. Est autem ista lex Dei, qua obligantur, Honora patrem tuum & matrem tuam. Est quoque, lex civilis, Iussum parentis, procedere oportere. Absurdissimum vero esset, si diceres, eas habere potestatem semet precipuendi.

Ad Minorem respondeo. Libertas natiuitatis vel emancipationis, non liberat ab honore, parentibus, aut qui ipsorum loco sunt, debita, neque, ab honestis legibus Magistratum.

In conclusione vero plura annexuntur. Nam semet desponsare prater voluntatem parentum, non est comprehensum in Maiore recte limitato.

3.

Honestos contractus, licitum est perficere.

Sed Coniugium est honestus contractus.

Ergo licitum est puella aut iuueni, semet desponsare, inscijs atque inuitis parentibus, aut tutoribus suis.

Respon.

DE CONIUG.

Respondeo ad Maiorem. Adde legitime. Nam videndum est diligenter, ad quosnam illa contractuum perfectio pertineat. Non enim quibuslibet licitum est, contractus quantumlibet honestos perficere. Nam non est liberis licitum, paternam bona, aut semetipsos vendere, viuis quidem & sanis parentibus.

Ad Minorem. Sed scriptum est. Quia iusta sunt, iuste prosequaris. Quatenus autem contractus Matrimonialis sit iustus, sepius & perspicue dictum est.

4.

Quod Deus coniunxit, homo non separet.

Sed in clandestinis desponsationibus, due persona à Deo sunt coniuncte.

Ergo clandestina desponsationes, non sunt improbande.

Respondeo ad Maiorem. Ergo impostor & lucrum, inuentor & crumena aureos continens, ac similia non sunt dinellenda, quia posses dicere. Quod Deus coniunxit, ne separet, & vulgò dicitur. Deus mihi hoc dedit, Gott hat mirs bescheret.

Et

DESPONSATIONE.

Et igitur duplex coniunctio, una quidem
que à Deo est, altera vero qua est sine Deo. A
Deo coniunctio dicitur, que secundum Dei
verbum, ac praeceptum fit. Sine Deo autem con-
iunctio est, que sine verbo Dei aut contra eius
praeceptum fit. Nihil enim absq, Norma verbi
divini agendum est.

Ad Minorem. Hæc coniunctio non est à
Deo, sed contra Deum, quia est contra quar-
tum praeceptum, Honora parentes. Et contra le-
ges civiles Magistratus, qui similiter parentum
nomine censentur. Est ergo peccatum, quod ne-
fas est Deo adscribere. Insuper dictum Christi
loquitur de ijs, qui iam in Coniugio habitant.

5.

Quæ sunt abrogata, non habent amplius
auctoritatem.

Sed lex civilis, de precessione voluntatis
parentum, per iura canonica est abrogata. Ac-
cedunt leges civiles canonicis, seq, eis submitunt.

Ergo desponsationes clandestine valent.

Respondeo. Maior non est univèrsaliter
vera. Nam pontifex Romanus, usum calicis in
cena laicis abrogavit, sed male, quia sacrilegium
Testa-

DE CONIUG.

Testamenti Dominici, contra manifesta Christi
verba commissu.

*Ad Minorem. Sed malè. Nam iura Ca-
nonica cum lege diuina, ratione, & equitate hoc
in parte, ut saepe aliàs, ex diametro pugnant.*

*Jura Canonica etiam clandestinas despon-
sationes improbant, ne videlicet fiant, sed factas,
solummodo iubent esse ratas.*

*Respondeo. Ergo compensant peccata pre-
missis. Aliud verò est de ijs, qui iam cohabitant,
qui sanè non sunt distrabendi, nisi lex Dei
cogat.*

6.

*Qui in maioribus habent potestatem, libe-
rè, etiam absq, comprobatione parentum, agen-
di, ijs etiam in minoribus eadem libertas relin-
quenda est.*

*Sed liberi habent potestatem, contra pa-
rentum voluntatem semet mancipandi monasti-
ca vita.*

*Ergo & facultas ipsis tribuenda est, seme-
clam desponsandi.*

Respon-

DESponsATIONE.

Respondeo ad Minorem. Da probandi?
Iud Christus clarissimis verbis hoc vitæ solita-
re genus, Religionis ergò, vetat. Matth. 24.
Ergo per peccata probare peccata, Antichristi
est impudentia & character.

7.

In causis Matrimonialibus semper est iu-
dicandum pro Matrimonio.

Sed desponsatio clandestina, est causa
Matrimony.

Ergo pro ea est pronuntiandum.

Respondeo. Nego Maiorem quia habet
ditionem SEMPER. Nam si quis abduceret à
marito Coniugem, eamq; peteret sibi copulari, ibi
nequaquam pro ipsorum Matrimonio respon-
dendum esset. Est igitur hæc limitatio Maiori
adiungenda, ubi id legitime, iuxtaq; circum-
stantias bonas, & pias fieri potest.

Ad Minorem. Sed illegitima causa est,
quia iuri diuino & humano est contraria.

Regulas porrò ex bonis, pijs, & grauibus
rationibus extruèlas, hæc Lutherus ponit, quas
nos sequimur.

x. Clau-

DE CONIVG.

1. *Clandestina desponsationes, prorsus nihil valoris habeant.*
2. *Clandestina desponsationes, cedant publicis.*
3. *Inter duo sponsalia publica, posterius cedant prioribus, & puniantur.*
4. *Qui post sponsalia publica, aliam attingit, animo eam ducendi, & priori sponsalia distrumpendi, indiceatur adulterium perpetrare.*
5. *Coacta sponsalia, nihil habeant valoris.*
6. *Excipe. Si clandestina desponsationi, accesserit carnalis cognitio desponsatae personae, clandestina desponsatio praesertatur publica.*

Est igitur manifestum, objectiones illas superiores omnes, frivolas & ineptas esse, nihilq; ponderis, in pio quidem & honesto iudicio habere.

DE VIOLATIONE ET SOLVTIONE SPON- saliorum.

Causa cur sponsalia, rite & legitime facta, non

DESponsatione.

non sint temerè rescindenda, graues & multi-
sunt, quæ quidem lenibus animis exaggeranda,
& inculcanda sunt, ne in rebus tam serijs ludant.

Quia sponsalia sunt in nomine sanctæ Tri-
nitatis, hoc est, Deus citatur testis illius pactio-
nis, & ratione iuramenti constituitur vindex
ei violatorem. Perfidia autem seu perurium,
grauè scelus est, quod licet non punit Magistra-
tus, tamen Deus, tanquam abusum sui sanctis-
simi nominis, vlcisci solet multis penis.

Quia sponsalia faciunt initiatum coniugi-
um, adeo, vt & sacre literæ, desponsatam habe-
ant pro Coniuge, vt Deut. 22. & Mauth. 1. Er-
go temerarius sponsaliorum ruptor ac violator,
non modo est desertor Coniugis, verum etiam
adulter. Nam idè se à desponsata auellit, vt
aliam sibi ducere liceat. Esurgitur Magistratus
policus segnis est, in eiusmodi fœdèfragis, de-
sertoribus, & adulteris puniendis, tamen Deus
est iudex & vindex, qui habet oculum, ad om-
nia eiusmodi peccata intentum. Nam Coniugi-
um Deus amat ac tuetur & eius violatores seue-
rissimè punit.

Quia violator sponsaliorum, personam
desertam reddit contempibilem. Nam eius-
modi

K

DE CONIUG.

modi temeraria desertio, non potest fieri circa alterius personam aliquam saltem ignominiam. Augentur mœrores, excitantur, inter cognatos offensiones, & inimicitie. Hac pugnant cum dilectione proximi, & quia pluribus nocent, ideo peccatum coram Deo grauius est, & maiores vltiones diuinas accerit.

Quia talis sponsaliorum ruptor, est sur-
minimè vulgaris. Non enim tantum corpus su-
um ei subtrahit, cui illud sanctè promissit. Sed
etiam facultates, & auxilia totius vna auferit.

Quia scandalum publicum præbet. Nam
postea alij mali, ista mala exempla imitantur,
eag; sua malicia impudenter prætexunt. Nam
quod exemplo fit, præsertim eorum, quorum ali-
qua auctoritas esse debebat, id iure fieri vulgus
putat. Nota autem vox Christi est de eiusmodi
scandalis: *Va homini, per quem veni scanda-
lum. Matth. 18.*

Quia eiusmodi violatores sponsaliorum,
non manent inulti. Deus enim ipsis tanquam fa-
dis agis, maledicit in altero coniugio, in liberis
in facultatibus. Et est conscientia male stimulum
per sese etiam grauis pena.

Possum

DE SPONSATIONE.

Possunt tamen causa incidere, qua necessitatem dissolventi sponsalia adferunt, qua quidem dissolutio, non debet privato arbitrio fieri, sed legitime, hoc est, coram eo iudicio, ad quod Matrimoniales causa pertinent.

Sunt autem causae istae.

1. Error persona.
2. Non impletio honestarum conditionum, quae in legitimo iudicio consistunt.
3. Adulterium.
4. Desertio.
5. Inutilitas ad debitum coniugale, per aliquod accidens.

De morte nihil necesse est dicere, quia extra controversiam hac causa posita est.

Error persona est, cum quis aliam ambigit, coniugem, & desponsator per fraudem aliam despondet. Etsi autem supina illa & crassa sponsi negligentia, reprehensione digna est, quod patitur sibi illam desponsari, quam non ambit, tamen maior est in desponsante malicia, ac publica falsariorum ignominia, notari cum conveniebat. Non autem eiusmodi impostura obligat, quia non est consensus mutuus. Hinc regula nota est:

K 2

Error

DE CONIUG.
Error personæ, dissoluit spon-
salia.

Solent autem errorum quatuor species poni, ut personæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis. Nostro quidem seculo, solus error personæ sponsalia dirimit, reliqui errores non item. Audiunt enim eiusmodi homines, mutuo consensu iniuri Matrimonia. Deinde & hoc, discas cautius mercari. Variant autem nihilominus circumstantia, de quibus prudentes & pii iudicium faciant.

De conditionibus honestis, nulla est dubitatio. Nam ipsa sponsalia fuerunt hypothetica seu conditionalia, quæ quidem nisi impleta exceptione, nihil ponunt, suag, sponte absolutionem adferunt.

Adulterium verò teste Christo, etiam consummatum, nedum initiatum Matrimonium diuellit. Est autem adulter, qui post sponsalia alij miscetur, quia sacra scriptura sponsam appellat coniugem, ut dictum. Ac recitatur Matt. x. exemplum Iosephi, qui cum esset iustus, voluit deserere Mariam, quam opinabatur fidem datam violasse. Sed iste scrupulus ab Angelo extinguitur.

Deser-

DISPENSATIONE.

Desertionem paulus causam diuorij con-
iunxit 1. Corinib. 7. Sed iuxta circumstantias,
desertio probè examinanda est, & legitime pro-
nunciandum.

Inutilitas verò ad coniugij debitum per
aliquod accidens, quod post sponsalia obuenit, à
ipsis viris diiudicari necesse est. Incidunt enim
interdum lesiones aut sectiones per vim aut
morbos violentos & incurabiles, item mania in-
sanabiles & similia. Hic verò iniustum esset pro-
pter tale incurabile malum, coniugio nondum
consummato, alteram quoque partem in periculo
animæ & corporis relinqui, cum quidem nullam
potestatem corporis alterius partis habere queat.
Aliud verò est, aliquod dilectionis officium tali
desponsata, nondum tamen solemniter copulata,
præstare, & aliud, excludi omni legitimo Con-
iugio, in omni eius vita, cum quidem nulla sua
culpa id damnum acciderit. Deinde cum Deus
ipse tam graue, & euidentis impedimentum in-
tericiat, & quasi suo iudicio ipsum Coniugium
inter tales soluat, innocens persona excusationem
sane non exiguam nanciscitur.

DE TERTIO. DE COPVLATIONE publica.

K 3

Copula

DE CONIUG.

Copulationem publicam sponsi & sponsa vocamus, qua fit à pastore plebis seu Ministro verbi Dei, presentibus honestis viris.

Solet & benedictio sponsi & sponsa vocari, quia ibi minister verbi Dei reperit benedictionem divinam coniugibus in primordio mundi datam, orat cum ceteris Christianis, & sancta novis coniugibus precatur.

Ea verò copulatio publica & solennis, non modo de honestate, sed etiam de necessitate quadam Coniugij, apud Christianos quidem, heditate habetur, ita, ut non sit liberum intermittere. Absit autem cavillatio vocabuli necessitatis, quia consuetudinem bonam, & optimam Ecclesiae ordinem respicit. Rationes sunt:

Primum, quia Deus ipse exemplum posteris exhibuit, quando ipsemet, ut textus habet, adduxit Adae sponsam, quae quidem adducta, fuit honesta & decora copulatio, additis grauisimis verbis, ut intelligeret Adam, hanc Etiam sibi Matrimonio quam arctissime deuinctam, atq; ut postea ipsemet sciretur, unitam esse.

Secundo, quia Ecclesia Dei, omnibus aetatibus sic observant. Hac igitur perpetua observatio

COPVLATIONE.

atio, & quidem ab ipso Deo initium trahens, non iniuria vim aliquam legis, in Ecclesia Christi perpetratio obiuuet.

Tertio, quia ad dignitatem Coniugij, & consolationem coniugum, ista copulatio publica facit. Nam in nomine Domini, hoc est, mediante per ipsum Deum iunguntur sponsus & sponsa, predicatur ibi, & summis laudibus extollitur hoc vitæ genus, quod sit sanctum, Deo placens, & quod Deus plurimis benedictionibus ei adiuuans sit. Accedunt plurium congratulationes, quæ non sunt parui faciendæ.

Quarto, quia temeraria huius optimi ordinis violatio, scandalum pareret, confusionem adferret, & in dedecorationem & contemptum Coniugij vergeret.

Obiectio.

Adiaphora, hoc est, quæ neque præcepta neque prohibita sunt, in verbo Dei pari libertate vel obseruare, vel intermittere licet.

Sed copulatio publica, quæ fit per pastorem plebi, est Adiaphoron.

K A

Ergo

DE CONIUG.

Ergo licitum est vel observare, vel intermittere.

Respondeo. Maior hanc recipiat distinctionem ac limitationem. Quaedam Adiaphora, longo ac bono usu inualuerunt in Ecclesia, quaedam verò liberè semper, vel seruata sunt vel omissa. Illa igitur vim quandam legis, longa obseruatione acceperunt eo pacto, ut si nunc quis remittere, & sine publico Ecclesie consensu, ea vellet immutare scandalum reliquis pijs exhibiturus esset, id quod neq; coram Deo, neq; coram hominibus excusari posset. Est sanè natura sua Adiaphoron; quis copulet, ministra verbi, an alius Christianus. Sed per obseruationem Ecclesia Christi diuturnam, necessitatem quandam boni ordinis accepit. Grauius enim dictum est à paulo, omnia in Ecclesia ordine, decore, & ad edificationem fieri oportere. 1. Corinb. 14. Sic est quidem natura sua Adiaphoron, die Dominica vacare rebus sacris, & abstinere à prophanis laboribus, impediens Sabbati sanctificationem. Sed si quis suo prapostero arbitrio, vellet alium diem constituere, Dominica verò vsitatae operas facere, cum aliorum scandalo, vel die Paschatis, diem natiuitatis Domini celebrare, & sicut de Arcesila quodam narratur, contra sua festa agitare, tum sanè ille indicaretur peccatore. &

COPVLATIONE.

11. & scandalum graue excitare, neq, esset calu-
nio & licentia toleranda.

Ad Minorem respondeo. Verum quidem
est, sua natura Adiaphoron est. Sed diuturna
Ecclesia Christi obseruatio, qua quidem verbo
Dei non est contraria, sed consentanea potius. &
bona, & utilis est, facit, ut circa peccatum pri-
uato arbitrio mutari non debeat, & peccet, qui
tam bonum ordinem, scandaloso exemplo petu-
lenter labefactet.

Procedit igitur argumentum à per se ad
per accidens, seu, secundum non causam vs
causam.

Hoc nunc fundamento iacto, de hac publi-
ca copulatione, vsuato nostro ordine procedemus.

Est igitur copulatio publica sponsi & spon-
se, actio, qua pastor plebis seu minister verbi
Dei, loco & nomine Dei, sponsum & sponsam
Matrimonio iungit, verbis & ritibus in Eccle-
sia Christi vsuatis, presentibus ijs, qui ad nupti-
as iniuncti sunt, vt publicè constet, hoc istorum
hominum Coniugium, esse legitimum, iustum,
honestum, Deo placens. Res autem definitionis,
in sequentibus declarabuntur.

K 5

Primus

DE CONIUG.

Primus autor copulationis nouorum Coniugum, est Deus ipse, qui & condidit marem ac foeminam, & copulauit eos tanquam Episcopus summus, id quod Moses uerbo AD-DUXIT, praeclare expressit. Nemo autem existimet, eam actionem fuisse prorsus mutam. Sed Deus Ada concionatus est de Coniugio, & manus utriusq; iunxit, & pulcherrimis ruiibus, sine dubio eos conseruiuit & colligauit. Hec autem diuina actio, exemplum est longe grauissimum, ne patiamur in Ecclesia Dei, homines fortuito concursu sese iungere, sed ut ordine bono id fiat, & iuxta Dei exemplum, minister uerbi Dei pronunciet, tales indissolubili uita genere copulari.

Extat Euaristi, in ordine Romanorum pastorum quarti, epistola ad Africanos, in qua praecipit, ut a sacerdotibus sponsus & sponsa benedicantur, idq; pro ueteri more. Nec sane dubium est, quin Ecclesia Dei omnibus aetatibus, aliquo pio & honesto ritu, copulationem illam sponzorum & sponsarum celebrarit.

Copulandi autem sunt ij, qui legitime desponsati, & iuxta morem aliquoties proclamati, & denunciati sunt nominatim.

COPVLATIONE.

Est autem ritus proclamationis, boni or-
dis gratia institutus, primum, ut sponsus &
sponsa innotescant Ecclesie, & si quid impedi-
menti alicui cognitum est, tempestive indicatur.
Deinde, ut Ecclesia pro futuris coniugibus pre-
ces faciat, sine quibus nihil felix, nihil beatum
est in tota hominis vita.

Quibus porro verbis aut ritibus, Mini-
ster Dei copulationem sponsi ac sponsae peragere
debet, non est quidem in sacris literis prescri-
ptum. Utile tamen est, grauitur omnia suscipi,
& recte fieri, quod in Ecclesiarum piarum reser-
uationibus, quidam modi, publici consensus &
confirmationis gratia, traduntur.

Primum autem in hoc actu, solet breuiter
aliquid repeti de Coniugij autore, de arctissimo
nexu Coniugij, cur institutum, & quomodo
per & honeste obseruandum sit. In quibusdam
locis, & conciones de hoc vita genere habentur.

Deinde coram inuitatis testibus & conui-
uis, Minister verbi Dei quatit ex sponso, velit
ne hanc sponsam sibi ducere uxorem, an promit-
tat ipsi fidem, amorem, & debita officia per om-
nem vitam praestanda, & quod nolit eam dese-
rere.

DE CONIUG.

vere, quam diu quidem in viuis est futurus, Sponso autem id clare affirmante, postea sponsa similiter interrogatur.

Tertio iubet Minister sibi inuicem annulos dare, in pignus istius fœderis conjugalis.

Quarto iubet dexter as sibi mutuo porrigere, quas quidem minister ipse iungit.

Quinto addit, Cum itaq; proprio ore Coniugium vestrū ratificaueritis, ac dein ad annulo, dextrisq; complicatis confirmaueritis, ego quoq; loco ipsius Dei, vos Coniuges renuncio & corroboro, in Nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti: Quod igitur Deus coniunxit, homo non separet.

Sexto. Deniq; ad altare procumbentes in genua sponsus & sponsa, audiunt vsuam benedictionem, qua in Agendis, vii vocant, continetur. Adduntur & cantilena fausta, & organa Musica publici honoris & læticia causa.

DE LOCO,

Ubi autem sit facienda copulatio, siue in templo, siue in domo honesta, non habemus in sacri

COPVLATIONE.

sacris literis definitum. Est autem sine dubitati-
one hac Ecclesia Christi consuetudo omnium op-
tima, ut in templo conueniant Matrimonium
inchoaturi, cum suis testibus, ibiq; ea ceremonia
copulationis peragatur. Rationes sunt:

Quia sacra ades sacris actionibus & con-
uentibus, à tota communione destinata sunt. Ibi
enim verbum Dei publicè proponitur, Bapuf-
mus, Absolutio, & Cena Domini administran-
tur. Est autem coniugium non est sacramentum
Ecclesie, ut pontificy fingunt, tamen est nouum,
& quidem sacrum vita genus, quod duo homi-
nes ingrediuntur, & quod auspicantur, ideo lau-
dabilis ordo est, ut in templis coniugia copulen-
tur & inchoentur.

Quia ille ipse templi ingressus, & alio in
loco sacro, Coniuges non tantum commonefacit,
hoc vita genus à Deo esse, & Deo auctore incipi-
endum, & eius benedictione peragendum esse,
Sed etiam eos quasi obligat, ut deinceps per om-
nem vitam meminerint, sibi templum fre-
quenter petendum esse, ut in cœtu piorum audi-
ant, & discant verbum Dei, utantur Sacra-
mentis à Christo institutis, & preces Ecclesie
iungant. Nam eam ob causam viuunt homo, &
tam ob causam coniugia sunt instituta, ut Dei
verbum

DE CONIUG.

verbum audiant, & iuxta illud Deum colant, liberosq; ad noiciam & cultum Dei verum educant.

Quia illud fœdus, quod sponsus & sponsa mutuo incunt, & gratissima assouerationes, qui loco iuramenti coram Deo adant, plus etiam videntur auctoritatis apud homines habere, si in loco, verbo Dei & Sacramentorum dispensationi consecrato, fiant, quàm si in aliquo angulo, locoq; ignobili peragantur. Eisi autem omnis locus, coram Deo sacer est, & vbiuis locorum orare, & sanctas operas facere licitum est, tamen cum externa, in hominum oculos atq; animos incurrant, itaq; non sunt negligenda, circa superstitionem tamen.

Quia coniugium publicum vita genus est, ideo publicam copulationem fieri par est. Cum autem templum sit publicâ domus, non ab re alienum est, ibi fieri & transigi copulationes sponforum & sponfarum.

Quia testimonijs opus habent coniuges, quod honeste ac legitime sint coniuncti. Predest igitur ad ipsorum conscientias, & ut alijs quoq; innotescat, copulationes in templis obseruari.

Quia

CONVIVIO.

Quia hec consuetudo, multa incommoda prohibet, ut, ne homines temerè in angustiis concurrant, ac facile iterum discurrant, seu solvantur matrimonia. Nam sunt in fide plebs non pauci, qui parùm religiose de Coniugio sentiant, ac levi momento Coniuges deserant.

Præterea multo est honestius & decentius, interdum clara luce copulationes fieri, quam occulte, quæ quidem Consuetudo à gentibus derivata est.

De cædis, vestitu, alijsq; ritibus, vel gentilibus, vel in Christiano cæu usitatis, nihil hic attinet dicere, quia variant in singulis regionibus, & tantum regula sequenda est, ut absint superstitio, & serviant ordini, decoro & adificationi.

DE CONVIVIO NUP- TIALI.

Accidens nuptiarum, est convivium nuptiale. Cum enim testes copulationi & conventioni novorum coniugum, recte & iuste adhibeantur, consuetudo obtinuit, ut ijs convivium institua-

DE CONIUG.

stiuatur, quo cum nouis coniugibus frontem
exporrigant ac latentur.

Germani vocant *Eine Hochzeit*
qua voce dignitatem coniugij ex-
presserunt.

Item *Wirtschaft* / quia à coniu-
gibus nouis uti hospites, liberaliter
accipiuntur & tractantur. Item *eine
Kost* / à sumptibus, quia ibi sumptus
sunt, & quod potu ciboq; hilariter
reficiuntur homines.

Item. *Ein Beylager* oder *Brud-
tag* quia sponsus ac sponsa ibi coha-
bitationem ordiuntur. Nam donec
desponsatione solummodò sunt iun-
cti, nondum licitum ipsis est, vitam
Coniugalem inchoare.

*Non autem improbari Deo conuiuia nu-
ptialia, illustris historia Christi, Maria & A-
postolorum docet, qui interfuerunt nuptiali con-
uiuio in Cana Galilee, imò Christus ipse, unum
miraculo insigni, conuiuio & sponso donauit. Io-
han. 2.*

Atqui

CHOREIS.

Atqui decet ea conuiuia esse moderata, pro cuiusq; conditione, ne exhauriant nonos coniuges, arcq; alieno eos grauent. Deinde hospites ipsi, hilaritatem, non ebrietatem sequantur. Ac tenentur Christiani, legibus sumptuarius a pijs Magistratibus latis, etiam ratione conscientiae parere. Nam Magistratum officium est, tanquam vicariorum Dei in terris in rebus externis, attendere, ne inutili profusione facultatum, respublicae attententur.

CHOREAE NVPTIALES.

Aliud accidens nuptiarum est, ritus ducendi choreas, quae ut sint pudicae, moderatae, tempestiuae, omnino videndum est.

Choreas autem nuptiales, per sese non esse peccatum, ex hisce rationibus licet colligere.

Primum, quia hilaritas in nuptijs non est prohibita. Sed honeste choreae, ad nuptialem hilaritatem, more cuiusq; gentis pertinet.

Deinde, quae ad honorem & ornamentum coniugij pertinent, non sunt improbanda. Sed etiam choreae, ad honorem nonorum coniugum sunt, ut dum illi letas choreas ducunt, & simul exultant, reliqui conuiuia ipsos mo-

L

DE CONIUG.

deſte & ornatè ſequantur. Hanc ob cauſam in
rebus. honeſtis, prima chorea tribuitur ſpon-
ſe, & appellatur der Braut tantz. Secunda cog-
natis, der freunde tantz, poſtea & alyſcon-
uiuis.

Tertiò in choreis honeſtis, ſibi inuicem
innotescunt iuuenes & puella, atq; amorem
coniugij concipiunt, Inde vulgo dici ſolet, Non
celebrari nuptias, quin aliud nouum coniugi-
um concilietur, hoc eſt, occaſio nouorum ſpon-
ſorum et ſponſarum offeratur. Ex aſpectu enim
amorem naſci, experientia docet.

Eſt autem chorea actio, qua mares, cum
femellis certò ritu, honeſtè ac pudicè ſaltant,
ad organi muſici ordinatum ſonum, læticia
& honoris, cauſa.

Apud gentes autem duplices fuere choree,
Feſtæ nimirum choreæ, quæ in ſacris publicis
ducebantur, de quibus Vergilius, Immemores
noſtri feſtas duxere choreas. Et profanae, quæ
alias fiebant in conuiuijs, aut nuptijs, aut lu-
dis. Nos verò nullas feſtas choreas in religio-
ne Chriſtiana, nunc ſcimus, ſed nuptiales tan-
tum, & quæ alias læticia cauſa honeſtè ſunt.

Item alia choreæ ſunt pudicæ & honeſtæ,
quæ cum grauitate, ac ſine ſcandalo ſunt.

Alia

CHOREIS.

Alia sunt impudicæ, & inhonestæ, quæ eunt
lenitate et scandalo fiunt, nec sunt probandæ.

Quis verò primus chorearum autor fue-
rit, non est memoriæ traditum. Romanos
quidem ab Hetruscis, morem ducendi choreas
accepisse, Livijs testis est, sed vnde illi? No-
tum autem est, omnes gentes, certum sibiq;
peculiare habuisse, & habere genus saltandi.

Quasnam autem personas deceat, simul
choreas celebrare, honestas et grauitas homi-
nem christianum erudiant. Non enim decet in-
honestas personas atq; infames, honesto cætui
misceri. Non pueros teneros, qui alium habent
ludendi locum; non senes decrepitos, qui risui
sunt cæteris. Non ebrios, qui veluti amentes
& furiosi, cæteris sunt dedecori et scandalo.
Iugentes etiam, decet ab eiusmodi tripudijs
abstinere, honestatis ratione, & ne alij occasi-
onem criminandi nanciscantur. Viri etiam
alijs graues, rationem suæ authoritatis habe-
bunt, atq; attendent, quid eos deceat, quid nō.
Adultis itaq; & mediocri ætate præditis,
& qui non scandalum aliquod præbent, viden-
tur choreæ permitteandæ.

L 2

Sed

DE CONIVG.

Sed plurimum variant ipsi chorearum ritus. Sicut igitur choreæ nuptiales, & similes in Christiana republica

Pudica ac decore gestibus ac saltibus, quæ nulla præbeant, vel iuuentuti vel senibus offendicula.

Graues, hoc est, in omnibus gestibus lenitas absit, quæ tum alijs gentibus, tum verò christianis in primis est probrosa.

Moderatæ, ne valetudo aliquo damno afficiatur. Nam immodicæ saltationes, et corpora defatigant, & interdum morbos in eis concitant.

Loco honesto. Sic veteres gravitatis & honestatis multò studiosiores, quam hæc nostra posteritas, subinde magis magisque degenerans curias attribuerunt nuptialibus istis choreis, tum honoris, tum honestatis gratia.

In conspectu honestorum hominum. Eamque ob causam, antiquitus soliti sunt consules & senatores assidere, atque choreas in suo conspectu ducentes observare, ne quis immoderatè se gereret, ac seuerè in scandalose saltantes animadvertere, ebriosque remouere. Sic etiam decet parentes, diligenter observare suos liberos.

Tempesti-

CHOREIS.

Tempestiue, interdum potissimum, nec
reducantur in multam vsq; noctem.

Finis est, vt honor nouis coniugibus
exhibeatur.

Deinde, vt leticia quoddam externum
testimonium adatur.

Tertio, vt homines iuuenes se mutuo vi-
deant, & ad honesta coniugia inuitentur.

Contraria.

Morosi hypocrita, & teirici Catones, sim-
pliciter & per se damnant choreas, sine dis-
crimine, etiam nuptiales, & quantumuis ho-
nestas & decoras. Procedunt autem pleraq;
argumenta ex fallacia accidentis, exempli
gratia.

I.

Leuitas est fugienda,
Choreæ sunt leuitates,
Ergo sunt fugiendæ.

I. 3

Minor

DE CONIVG:

Minor probatur, quia ibi fiunt saltationes
& multi gestus, qui grauem hominem non
decent.

Respondeo. Neganda est consequentia,
quia Minor procedit ex falsa definitione. Nam
choreæ sunt honestæ saltationes, læticia causa.
Leuitates verò sunt accidentia mala, qua in-
de remouenda sunt. Item non est verum, om-
nes choreas esse leuitates.

II.

Quicquid est causa peccatorum, est im-
probandum.

Choreæ sunt causa peccatorum.

Ergo improbandæ.

Minor probatur, quia ibi colloquia, sæ-
pè fiunt parum honesta, fiunt amplexus parum
decori.

Respondeo. Est fallacia accidentis, Itaq;
pudicè, honestè, grauius choreas fieri debe-
re, supra adstruximus. Nemo autem omni-
bus honestis hominibus, eiusmodi peccata at-
tribuet.

Ritus

CHOREIS.

III.

Ritus gentiles non sunt imitandi.
Sed choreæ sunt ritus gentilium.

Ergo Christiani non debent eos imitari.

Minor probatur, quia ex verbo Dei non potest vel institutio, vel permissio demonstrari.

Respondeo ad Maiorem cum distinctione. Alij sunt ritus politici & inculpabiles gentium, quique nemini sunt prohibiti, quia Christianus etiam in mundo vivendum est. Deinde alij sunt impij, obsceni, scandalosi ritus gentium, a quibus omninò abstinendum est.

Ad Minorem. Quis verò id liquidè probaverit, choreas tantum fuisse gentilium ritus? Nam & piij fuerunt omnibus seculis moderatè hilares, eamq; hilaritatem decoris gestibus expresserunt.

IIII.

Cuius tantum male in sacris literis fit mentio, id non est faciendum.

Chorearum tantum malè in sacris literis fit mentio.

Ergo choreæ sunt prorsus Christianis intermittenda.

DE CONIVG.

Minor probatur ab exemplo Israelitarum, circa idolum Aaronicum magno suo cum malo saltantium. Exod. 22. Item. Filia Herodiadis, saltando meretur caput Baptistæ. Marthæi 14.

Respondeo. Est fallacia accidentis. Abusus solummodo taxatur. Deinde choreas, tanquam rem politicam, per se nusquam sacra litera damnant. Insuper scriptura probat nuptias veluti genus, Ergo etiam honesta nuptialia gaudia, quæ sine peccato & scandalo sunt, admittit. Davidis Exemplum ante arcam fæderis saltantis omitto, quia peculiare est.

Sunt autem porro contraria honestis choreis.

Impudicæ, leues, inhonestæ, scandalosa saltationes, quales dicuntur Italicæ, quadam, & aliarum gentium parum decoræ.

Circumgyrationes immodestæ, quæ etiam edictis Magistratum, rectè & prohibentur & puniuntur. Clamores & gestus indecori, turbationes ordinis.

Nocturna choreæ in tenebris, locis suspectis, aut clausis, quæ non sunt in conspectu parentum.

COHABITATIONE.

parentum, aut honestorum hominum. Nimis de
carne, & deniq; cum temulentis hominibus,
omnes sunt furiosi, & scandalosi, longiq;
Choreis segregandi.

De hasiludijs, alijsq; quibus viri illustres
et potentes leticiam excitant atq; declarant,
nihil hic dicam. Ea verò omnia in sumptibus
reliquaq; actione, suum habeant debitum ino-
dum, ne sint inutiles facultatum profusiones,
quas rectius esset in pauperes & reipublice
commoda conferre, quam ad inanes & mo-
mentaneas ostentationes.

DE QVARTO.

DE COHABITATIONE Coniugali.

Cohabitationem coniugalem voco, eam
corporum, officiorum, ac vite communionem,
que à legitimis coniugibus, ordinatione Dei
servatur. Nam extra coniugia legitima, omnis
commixtio est à Deo prohibita, omnibusq; se-
culis multis maximisq; cladibus punita.

Duplex autem est ea coniugali cohabi-
tatio. Alia enim tranquilla, felix vereq; bea-

DE CONIUG.

ta est. Alia verò inquieta, & infelix, vereq;
miserata est, Aliud tamen est, quando Deus in-
mittit paupertatem, morbos, aut alia incom-
moda, quæ piè ferenda sunt. Aliud, quando ip-
sime coniuges sua morositate, impietate, ma-
licia, sibi inuicem hoc commune iugum, cuius
la immiserunt, graue efficiunt.

Illi porrò coniugaliter cohabitare debent,
qui & legitime desponsati, & legitime copu-
lati sunt, iuxta ordinem necessarium & piū,
quem Ecclesia Christi obseruat. Discernenda
enim sunt coniunctiones & cohabitationes il-
legitimæ, extra coniugium, cum verbo Dei pu-
gnantes.

Sed nunc proprietates quedam illustrio-
res, istius coniugalis cohabitationis, recitanda
& exponenda sunt, ac sunt istæ præcipuæ:

Indiuidua vitæ totius consuetudo, vnica,
cohabitatio. Nulla enim ætior, externa qui-
dem copulatio atq; colligatio in mundo existit,
quàm ista coniugalis. Transcunt enim coniu-
ges teste Deo, & protoplasto, simul in vnā
CARNEM, & quasi vnus homo reputantur
coram Deo, Fit etiam quasi mutua quedam
transcipatio, in copulatione ipsa legitima, vbi
nimi-

COHABITATIONE.

uirum mas sese vxori, & vicissim vxor sese marito tradit, usq; sui corporis alteri, contra pio, legitimo, & solenni venditat. Huc pertinent illa testimonia: Erunt duo in carne vna. Gen. 2. Matth. 19. Item, Quod Deus conuincit, homo non separet. Item, Rom. 7. Mulier est alligata viro, quanto tempore viuit. Alia quidem societates in vita hominum, qua sese homines ad mutua officia, et actiones obligant atq; obstringunt, non efficiunt vnam carnem, nec sunt ita perpetua.

Hinc igitur estimari potest, quam seuerum & atrox peccatum sit adulterium, quia est feda ac crudelis sectio vnius carnis, non aliter, ac si vnum hominem, vno vehementi ictu per medium quis scinderet. Est igitur adulterium, longe grauius scelus homicidio simplici, & seuerius a pijs Magistratibus puniri debebat.

Duo tamen sunt, quae iuxta diuinum iudicium, istam coniugalem colligationem dissoluant, nempe diuortium legitimum, & mors alterius personae. Matth. 19. Rom. 7. Verum de his paulò post.

Conmu-

DE CONIUG.

Communio seu communicatio corporum mutua, ordinata à Deo. Fiunt enim vna caro, & grauiſſimè Paulus inquit 1 Corinth. 7. vxori vir debitum reddat, ſimiliter autem vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir, ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi, & iterum conueniatis, ne tentet vos ſatanas, propter incontinentiam veſtram.

Communio & communicatio bonorum omnium, quia ſunt vna caro, & quia liberi ſunt amborum, & viri uſq; heredes, vtriq; etiam vni œconomia præſunt.

Mutua officiorum, tam in rebus aduerſis, quàm proſperis communicatio in tota vita, continua, perpetua. Doceant atq; inſtituant ſeſe mutuò in verbo Dei. Exhortentur & excitent ſeſe inuicem ad pietatem, & veros cultus Dei, ſimul orent, ſe inuicem in rebus aduerſis conſolentur & tueantur. Simul etiam curam domus & labores, cuiuslibet conuenientes, ſuſtineant, moleſtias leniant.

Ordo tamen eius communis vita eſt, vt
mulier

COHABITATIONE.

mulier sit subiecta viro debita reuerentia, & tanquam Dominus, sociam vitam quæ est una caro, piè ac suauiter regat. 1. Corinth. II. 1. Caput mulieris vir. Item, mulieres viro suis subditæ sint, sicut Domino. Item, sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Etsi autem propter peccatum, est aliqua superioritas, vt sic dicam mariti super vxorem, tamen remanet quoque aliqua æqualitas, quia vna caro est, & habet potestatem corporis viri, & est materfamilias, Domina domus, hæres omnium bonorum mariti cum liberis, & in quarto præcepto extat, Honora patrem & Matrem, vbi disertis verbis vxor marito æquiparatur.

VIRTUTES coniugales.

Esse contentum suo coniuge, & iudicare, eum sibi diuinitus datum atque concessum esse.

Amor mutuus, sincerus, perpetuus, quia sunt vna caro, & typus Ecclesie atque Christi.

Fides & castitas coniugalis, quæ vni solummodo addicta est, & abhorret à pollutio- nibus extra coniugium.

E 114

DE CONIUG.

Επιεικεια, lenitas, mansuetudo, qua in-
firmitas alterius toleratur. Dona enim vari-
ant, & offensiones si quæ incidunt, non solum
diu, sed condonantur mutua suauitate &
officijs, absq; longiori mora.

Suauitas & humanitas in sermone, ge-
stibus, officijsq; omnibus.

Prudentia coniugalís, qua se inuicem
rectè discunt cognoscere, ac summo studio
vtrinq; vitantur occasiones offensionum in
verbis, gestibus, ac factis.

Concordia perpetua, idem velle, idem
nolle. Hæc virtus in turturibus adumbrata
est, & nihil est elegantius, nihil vtilius, nihil
salutarius in tota vita hominum, externa
usmodi concordia iuncta pietati.

Aequale studium æconomie augenda,
conseruanda, & ornanda. Hæc virtus compa-
ritur laborem in vocatione, parsimoniam, de-
bitam liberalitatem, veritatem in contrati-
bus, & similia.

VICIA IN CONIUGIO
pestifera.

COHABITATIONE.

Suspicietas, quæ fingendo aut credendo
falsa, animum à coniuge abalienat. Item Zelo-
typtia.

Leuitas cum alijs in sermonibus aut gesti-
bus, spectante, vel non ignorante coniuge.

Morositas, inhumanitas, quæ horridis mo-
ribus aut colloquijs, nihil suauitatis præse-
rentibus, coniugem offendit, et ardentem amo-
rem impedit, vel languescit. Nam coniugium
debet esse tale vitæ genus, in quo liberè in si-
nem sibi inuicem, etiam secretissima liceat ef-
fundere atq; concedere.

Rixositas, quod vitium tam in viro quam
in muliere potest esse, plerumq; tamen in ira-
cundis fœminis hæere solet, nimirum leui oc-
cassione rixas mouere, easq; præter modum ex-
asperare. Est autè rixositas, filia morositatis.

Tenacitas offensionum, Pulcherrimè
enim ab ethnico dictum est: inimicitias de-
bet esse mortales idq; potissimum in coniugio sic
debet, vbi vir & vxor sunt vna caro.

Crudelitas, duricies, plagositas, ea que q;
morositatis soror est, qua maritus vel se-
ditis, vel pugnis ac verberibus inclemen-
ter tractat vitæ sociam, vel sobrius, vel ebr-
ius. Ne sis leo in domo inquit Salomon.

Συγοία

DE CONIUG.

ῥυγομαχία, quæ itidem soboles est
1 norositatis, qua neutri parti, quod altera agit
1 placet. Sed turpe & perniciosum dissidendi stu-
dium seruatur, sicut historia de quodam narra-
tur, cuius vxor semper contrarium sensit aut
egit, quam intellexisset maritum velle, etiam
in honestis & optimis rebus, Itaq; eam tan-
dem rationem inijt, vt quæ contraria sua vo-
luntati essent, vxori præciperet, qua re illa mo-
ta, rectè agere didicit.

Ignauia, negligentia, ab alienatio rerum
communium, quacunq; id fiat occasione.

De adulterijs, desertione, diuortio, alijsq;
rebus, paulò post dicemus. Tantum verò in
præsentia visum est præcipuas virtutes atq;
vicia coniugum, breuiter in vnum locum re-
ponere.

Mariti partes in coniugio.

Sunt autem præcipue mariti, in vita con-
iugali partes, vt de superioribus communibus
1. nihil repetam.

In vocatione honesta, vitium acquirere.
Regere in pietate & disciplina, liberum
& familiam.

COHABITATIONE.

Tueri suo quodam modo et ordine, con-
iugem, liberos, familiam, facultates.

Vxoris Partes.

Præcipua vero partes vxoris, in vita con-
iugali sunt:

Liberos educare in corporis mundicie, et
in catechismo.

Curare culinam, esse promam & condam.
Huc etiam curam domesticorum animalium
refero.

Domum seruare mundam, et reliquam
speculabilem rectè administrare.

Hæc prudenter curet vxor, dum maritus
gravioribus curis, negocijs, laboribus occupa-
tur. Et hinc dona vtriusq;, quæ veluti monilia
aurea sunt, petere licet. Nos verò necesse est
breuitati studere.

Fines istius coniugalis cohabitationis sunt
semen sanctum Deo educare, vitare pollutio-
nes extra coniugium, Mutua sibi officia in om-
ni vita præstare. Honestè æconomiam admi-
nistrare, seseq; inuicem alere.

CONTRARIA.

DE CONIUG.

Adulteria, qua inde nomen acceperunt, quod sint itiones ad alias, hoc est, relicta propria vite socia, cum alijs pollui; contra verbum Dei. Est autem adulterium, propter hanc causas graue peccatum:

Quia timorem Dei, fidem & inuocationem extinguit. Imò aduiter excusso rectore Deo, Diabolum instigatorem & rectorem accipit.

Quia est periurus aduiter. Nam coniugi in nomine Trinitatis, promisit atq; iurauit fidem coniugalem, quod cum ea sola velit esse vna caro:

Quia aduiter semetipsum ab vsu Testamenti Dominici excommunicat, eaq; ratione, reuera ab Ecclesia Christi excludit.

Quia dedecori est sibi, coniugi, liberis, cognatis, Vicinis.

Quia adulterium sese quasi occidit, ac prabet causam diuortij, conijcit in luctum coniugem, qui causam morborum & mortis prabet, et alioqui homicidia sepè propter adulteria perpetrantur, quia dissidia gignunt.

Quia corpus suum sancta pactione mancipatum coniugi, nunc alteri tradit.

Quia

COHABITATIONE

Quia officia & facultates, coniugi et liberis
si scelerate abalienat.

Quia est perfidus, mendax omnemq; au-
thoritatem & bonam famam, sibi eo facinore
obstergit.

Quia pluribus est scandalo, sibiq; & alijs
vitiis diuinis accersit.

Quia typum Ecclesie & Christi, horri-
biliter deformat, pollutioni Diabolice sese pro-
ficiens. Deus enim in sacris literis, idolatri-
am vocat adulteria, ac sine dubio, Omne adul-
terium est idololatria, quia nulla ipsi societas
est cum vero Deo, nisi agat iterum penitenti-
am. Nam labi humani quidem est, sed perseue-
rare Diabolicum, & adulteri, agentes peni-
tentiam recepti sunt, vt David, sed videndum
vt penitentia sit vera, non simulata, non hypo-
critica, & tamen licet peccatum dimittat De-
us, tamen in hoc mundo, sine quibusdam pœ-
nis & castigationibus adulteros non dimittit,
licet eas, agenti serio penitentiam mitiget.

DESERTIO proprio arbitrio.

REPUDIUM qualibet ex causa, id quod
Christus grauissime reprehendit, Matth. 19.
Sed quia diuortium duplex est, aliud legiti-
mum, aliud illegitimum, itaq; hoc loco, eam
quoq; partem attingemus.

M 2

DE

DE CONIUG.
DE DIVORTIIS.

Separationem quandam coniugum, legitime esse, Christus ipse Matth. 19. Et paulus 1. Corint. 7. testantur, idq; probat Ecclesia Dei perpetua observatio, rerumq; humanarum necessitas, & honestas.

Divortium verò à diuertendo dictum esse censent, quia diuertuntur, seu distrahuntur maritus et vxor quos alioqui ius diuinum atq; humanum copularat, idq; propter grauem & euidentem causam.

Repudium propriè inter desponsatatum esse separationem, antequam solenniter copulati cohabitarunt, Modestinus alijq; existimant. Sed vulgò plerumq; pro diuortio, sine discrimine vsurpatur. Putant autem à pudore sic nominatum, quia propter rem pudendam, cuius est persona rea, soluuntur sponsalia.

Separatio latius patet, atq; ad quarumlibet rerum discrimen, atq; segregationem applicatur. Diuortium verò ac repudium, plerumq; ad diuulsionem illam sponsum atq; coniugum refertur, licet ad alias quoq; res, nonnunquam vel veteri vsu, vel per translationem ea vocabula accommodentur.

כיתת

DIVORTIIS.

חֲרִיב Scissio Deut. 24. liber chéri-
buth, id est scissionis seu repudij. Matt. 5.
ἄποστροφῆς, Matt. 19. βιβλίου ἀποστροφῆς.

Ἀποπομπῆς, Ἀπόψεμψις, Ἀπόλειψις,
repudium, dimissio.

Ehescheiden. Ehescheidung. Schei-
den autem significat diuidere, separa-
re, vt Gold von Silber scheiden, das böse
vom guten scheiden. Item Eheteilung/
Ehetrennung/non perinde significan-
tia sunt vocabula.

Est autem diuortium, separatio mariti
& vxoris legitima, in notorijs & certis casi-
bus, vt parti innocenti auxilium feratur, &
nocens puniatur.

Estq; duplex diuortium: Aliud est le-
gitimum, quod iuxta leges diuinas atq; huma-
nas, debito ordine ab ijs fit, quibus cognitio
Matrimonialium causarum demandata est.
Illegitimum verò est, quod vel priuata tan-
tum autoritate, siue iniuste, siue non iniuste
subsint, fit, vel non recto iudicio factum esse
diuoscitur.

DE CONIUG.
DE IVDICE.

Efficiens causa diuortij est, Deus ipse, seu lex ipsius, qua pronunciantur separati illi coniuges, qui ipsimet sese, violato vinculo & ordine Dei, prius re ipsa diuiserunt. Nam ille ipse qui dixit, Quod Deus coniunxit, homo non saparet, etiam dixit, omnis qui dimittit uxorem, EXCEPTA fornicationis causa, facit eam mœchari, hoc est, adulterij causa, licitum est facere diuortium legitimum.

Lex autem illa, seu Norma iudicandi & pronuncianti de causis matrimonialibus, est verbum Dei, & leges politicæ, verbo Dei non contrariæ.

Organa sunt iudices competentes, quibus conuenit seu commissæ est cognitio ac diiudicatio talium Matrimonialium causarum. Apud gentes autem tantum in foro politico eiusmodi causa tractatæ sunt. In papatu verò officialibus, qui plerumq; fuerunt homines auari, rapaces, sceleratissimi, sicut Petrus Blesensis & aliorum vetusta scripta testantur, ea cura ab Episcopis Aethiops, lurconibus, fornicarijs, venatoribus, demandata fuit. Nam pro pecunia, omnia iura habuerunt venalia. Et quid illi de coniugio rectè iudicarent, qui cœlibem, hoc est, impurissimam egerunt vitam, & caractere
re

DIVORTIIS.

rem Antichristi ex professo defenderunt, hoc est, prohibitionem coniugij. i. Timot. 4. Præterea ius canonicum, quod in hisce rebus plurima habet cum verbo Dei pugnantia, ubi optime visi fuerunt agere, secuti sunt.

Iam verò in Ecclesijs Christi, ubi sincera Evangelij doctrina sonat, & Sacramenta à Christo instituta, ritè administrantur, & ut compendio dicam, Antichristo Romano, spiritus oris reuelato, longum vale est dictum, Consistorijs ea cura committitur à legitimis Magistratibus, in quibus consistunt tum Theologi, tum Iureconsulti, ac politici nonnulli, qui verbum Dei, ac leges Magistratum honestas sequuntur.

Sed ubi non sunt Consistoria, hoc est, iudicia uti vocant Ecclesiastica, à Magistratibus ordinata & constituta, ibi Ministri verbi Dei adhibitis sibi aliquot senatoribus, eas causas audiunt, atq; ad Normam verbi diuini, ac honesta statuta cuiusq; reipublice exigunt, ut conscientie expediantur, & honestati vitæ rectè consulatur.

CONTRARIA.

M 4

Princ

DE CONIUG.

Priuato arbitrio, neglecto competente iudice, aut posthabita causa cognitione ac diiudicatione, semet separare, aut alios dirimere. Docet autem ipsum ius natura, neminem posse sui ipsius esse iudicem. Et si enim cuiuslibet iuxta discrimen honestorum & inhonestorum, insitum mentibus humanis, & in primis iuxta verbum Dei licitum est, penes se vel probare, vel improbare aliquid, tamen in publicis actionibus, tantarumque rerum mutatione nemini fas est, sine iudicio eorum, quibus conuenit, aliquid moliri. Sicut enim nemo sibi ipsi copulat coniugem, sed id fit publicè & solenniter coram Ecclesia, & ab ipsius ministro, ita nemo seipsum sine legitimo iudicio debet à coniuge diuellere, atque alij sese matrimonio iungere, quantumuis sit euidentis et notoria causa. Nam iudicia sunt ordinationes Dei. Deinde videndum, ut omnia ordinatè in Ecclesia Dei fiant. Tertio scandalum necesse est caueri. Quarto Conscientiarum ratio habenda est, quæ non possunt esse tutæ aduersus tentationes, si priuato quis arbitrio diuortia machinetur, & priuato arbitrio alij copuletur.

Posthabita lege affectus sequi, morem gerere cognatis, opulentis, potentibus, id quod non raro solet accidere.

HORN

DIVORTIIS.

Hominibus indoctis, manifestis criminibus obnoxiijs, & infamibus, rapacibus, committere iudicium de causis Matrimonialibus. Quales enim deceat esse iudices, docet verbum Dei.

DE MATERIA IN QVA.

De violatione & separatione desponsatorum supra suo loco est dictum. Hic verò tantum de maritis & vxoribus, qui legitime copulati sunt, atq; cohabitarunt coniugaliter, agitur, quos lex in quibusdam certis casibus, diuellit ac distrabit. Vbi igitur non fuit solennis copulatio atq; cohabitatio coniugalis, ibi non fit diuortium propriè loquendo.

DE MATERIA CIR- ca quam.

Versatur autem diuortium circa casus quosdam, seu causas graues, quæ separationem illam legitimam facere cogunt.

Sunt autem causæ diuortij, in sacris quidem literis expressæ, tres, nempe:

Mors.

Adulterium.

Desertio.

M S

De

DE CONIUGI

De morte quidem, Paulus disertè inquit Rom. 7. Quæ sub viro est mulier, viuenti viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri, Item, si mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Item 1. Corint. 7. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit, Quod si dormierit vir eius, liberata est à lege. Cui autem vult, nubat, modò in Domino. Sic mortuo Nabat, David libèrè quicit Abibail. 1. Reg. 15.

Videndum autem est, si quis in loco peregrino ac remoto, dicitur extremum diem clausisse, vt certa proferantur testimonia.

De adulterio Christus clarè inquit. Qui dimiserit vxorem suam, EXCEPTA fornicationis causa, facit eam mœcham, hoc est, propter adulterium licet facere diuortium. Math. 5. 19. Item Romanorum 7. definitur Adulterium: Mulier viuenti viro vocabitur adultera si fuerit cum alio, hoc est, Adulterium est, quando coniunx coniuge viuenti, suum corpus alij communicat, ante legitimam separationem.

Rationes quoq; sunt perspicuæ, quia adulter fit quasi homicida sui corporis. Primum, quia

DIVORTIIS.

illa cum coniuges sint vna caro, iuxta divi-
nam vocem, adulter eam unitatem scindit, se-
qua inde auellit flagitioso scelere, contra Dei
ordinationem. Deinde, quia in supplicium capi-
tale incidit, iuxta Dei sanctionem. Nam Deus
inquit Leuit 20. Si mœchatus quis fuerit cum
uxore alterius, & adulterium perpetravit, cum
coniuge proximi sui, morte moriantur et mœ-
chus et adultera. Eadem lex reperitur Deu. 22

Iam si Magistratus pius, rectè suo officio
fungitur, & sicuti in Deuteronomio dicitur,
malum de Israel aufertur, res est planior, quàm
si Magistratus ista anathemata terræ patitur
vivere, ac vel conuiuet, vel exigua pœna eos
quasi leuiter fricat.

Porrò necesse est adulterium coràm iudi-
cio, liquidè probari. Sunt et alia circumstantiæ
considerandæ, vt ne ipse maritus prostitu-
erit coniugem, aut alia ratione ei præbuerit occa-
sionem, Adfert et coactio seu oppressio quan-
dam moderationem. Item ea pars, quæ alterâ
accusat, sit immunis ab eo scelere.

De desertione Paulus inquit .i. Corint.
7. Quod si infidelis discedit, discedat, Non enim
seruituti subiectus est frater, vel soror in ta-
libus.

ES

DE CONIUG.

Est autem desertio, quando coniugem maliciose deserit, coniugalia officia subtrahens, atq; coniugem in periculis animæ & corporis relinuens.

Infidelis porro est non tantum, qui ritus ethnicus est, vel à Christiana religione deficit, sed etiam, qui omnis timoris Dei, omnis fidei datae coniugi, omnium storgarum erga liberos obliuiscitur, & contra Dei ordinationem, veluti astorgos coruus, suos pullos & matrè deserit, fami atq; periculis eos omnes obiciens.

Est autem desertio alioqui duplex. Alia est desertio coniugis spontanea & maliciosa, quam in presentia describimus, ein mutwillig weglauffen. Alia est desertio quasi coacta, ut ablegatio nomine Reipublicæ in loca remota, vel ad miliciam honestam.

Item quæ fit vtriusq; coniugis bono consensu, ut sunt negociationes, quæ adferunt peregrinationes in longinquas regiones. Item captiuitates. Sed in hac discessione, maritus habet voluntatem & propositum, quam citissime redeundi ad suos, & omnis generis officia præstat, in scribendo, et mittendis sumptibus, quantum potest, & impeditur contra suam voluntatem, quò minus tempestiue ad suam do-

mutu

DIVORTIIS.

et familiam reuertatur. Eiusmodi autem
circumstantia, in iudicijs sententiam mode-
ratur. Possent igitur hæc honesta causa absen-
te, vocari discessio à coniuge, altera verò ma-
liciosa absentia, propriè diceretur desertio.
Nam non omnis discessio, est desertio, desertio
vera ipsa, non est simplex discessio, sed viola-
tio matrimonij. Desertor enim non habet ani-
mum reuertendi & cohabitandi, aut iuuandi
coniugem debitis officijs, Sed de vocabulis non
disputabimus prolixius.

Aliud quoq; est, quando propter offensio-
nem ex ira ad breue tempus coniunx discedit
à coniuge, & apud honestos homines degit. A-
liud est desertio. Nam Diabolus coniugij hostis
interdum serit dissidia inter coniuges, & ex
ira, que impedit iudicium, aliqua breuis disces-
sio fit. Sed vbi deflagrauit astus animi, rede-
unt in gratiam coniuges, & iniurias mutuas
sibi inuicem condonant, & obliuiscuntur. Ope-
ra enim danda est, ne eiusmodi desertiones ex
ira factæ, diu tolerentur à Magistratibus &
Pastoribus, ne Diabolus alia peccata & ma-
la, ex hoc principio texat.

DE VICINIS CASIBVS.

Quidam plures casus, seu causas diuor-
ij recensere solent, quæ aliquam affinitatem
sunt

DE CONIUG.

cum ijs, quas recensui, habere videntur. Sed eas piorum & prudentum iudicum considerationi, iuxta circumstantias probe & diligenter cognitae & ponderatae, permittendas esse statuo. Sunt autem: 6.

Cohabitatio in gradu à Deo prohibita. Nam si coniugium fuerit prohibitum à Deo, nullo vnquam iure potest fieri licitum, praesertim si illud publicè constet. Nam si nemo scierit eam propinquitatem, alia res est.

Impotentia reddendi debitum coniugale, rectè explorata. Vbi autem nulla fuit cognitio coniugalis, & res aperta est, facilius est iudicium. Nam vbi nullum fuit coniugium, ibi res ipsa facit diuortium, aut potius repudiū propriè loquendo. Idem de illis sentiendum, qui Eunuchi ante confirmatum coniugium facti sunt, sed non qui postea.

Veneficium, insidia de morte inferenda, in emendabilis plagositas, saeuicia incorrigibilis immoderata libido cum alterius damno, pertinacia in denegando debito coniugali. In hisce casibus aut causis variant iudicia. Lutherus quidem sentit, peritis & pijs iudicibus ista omnia esse permittenda, q̄ circumstatijs diligenter inquisitis, & conscientijs pro necessitate con-

consular
Coatice, r
vibus lic

Q
xxore a
rimonia
& nullu

Non
et confus
sive stoli
in rebus
pat) prop
lia. Ratio
Deus ta
rebus ta
am vitae
citi sunt

Eat
videntur
berantur
coniunx
ne ei con
rem cap
quem nõ
do sibi v

DIVORTIIS.

consulare possint. Aliqui Theodosij legem in Codice, ritè omnibus cognitis & tentatis, omnibus licitis modis, hic locum habere censent.

Quando quis nondum legitime à priori uxore adhuc viuente separatus, aliam sibi matrimonio copulat, explicata res est, prius matrimonium valere, et alterum esse illegitimum & nullum.

Regula.

Non separant coniugia legitime contracta et consummata morbi, deformitas, simplicitas sine stoliditas, sterilitas, negligentia quadam in rebus Oeconomicis, hæreses (nisi desertio fiat) professiones necessariae, deportatio, exilia. Rationes sunt, quia coniuges sunt vna caro Deus tales suo consilio iunxit, & quia sibi in rebus tam aduersis quàm prosperis, indiuiduam vitæ consuetudinem, mutuaq; officia polliciti sunt.

Eandem captiuitates rationem obtinere videntur, quia mirabili occasione non raro liberantur. Ac quid faceret coniunx, si alter coniunx morbo diuturno consistaretur? Nonne ei compassionem et officia deberet? Est autem captiuitas quasi morbus quidam mariti, quem nō habet in potestate sua abijcere, quando sibi videtur.

CON.

DE CONIVG.
CONTRARIA.

Quamlibet ob causam facere diuortium, id est ex causis non sufficientibus, nec legitime dijudicatis, quam quidem leuitatem, Christus redarguit. Matth. 19.

Propter morbos facere diuortium, est iniustum, ex istis rationibus: 1. quia manifeste in contractu Matrimonij sancto fœdere sibi inuicem promiserunt coniuges officia in omnibus casibus absq; coniugij ruptione. 2. Effet contra dilectionem coniugalem. 3. Typus coniugij violaretur. 4. Liberis id probro esset, summa, prorsus ab omni pietate et honestate foret alienum.

Cognitionem spiritualement facere diuortij causam, valde stultum est. Vocant autem Canones spiritualement cognitionem, quando aliquis in Baptismo alicuius adest testis vel susceptor, & baptisatus fit eius filius seu filia spiritualis, testis verò, pater vel mater spiritualis. Argumentum illud stultum, eiusmodi est.

Pater & filia, mater & filius, non possunt absq; fœdissimo incestu, matrimonio iungi.

Sed in Baptismo susceptor siue testis, fit pater vel mater spiritualis, Baptisata verò persona, filius aut filia spiritualis.

Ergo

DIVORTIIS.

Ergo non possunt matrimonio iungi.

Respondeo. Sunt quatuor termini, id est, sic argumentantes sunt magni asini, quia Major de externa & carnali coniunctione loquitur. Minor verò de re prorsus aliena, & plurimum differentis, qua nihil cum Coniugio externo habet commercij. Nam nullo sanguine naturali vel spiritali iungimur, testis Baptismi & Baptisati. Est præterea Minor insulsissima. Nam non efficit testimonium illud, quod ad Baptisatum fit, reuera spiruales patres aut matres baptisatorum. Deus enim est noster spiritalis pater. Item, Ministri verbi spiruales patres omnium suorum auditorum dici possunt, quia per verbum vite quod predicant, homines regenerantur, ac mirum sanè est cur pontificij etiam hæc causam non allegarint, quod sacerdotibus non sit liberum coniuges honestas ducere, quia nimirum sunt patres spiruales suarum Ecclesiarum. Sed forte id metuerunt, ne quis exciperet, Ergo ex aliorum sacerdotum auditoribus, sacerdoti alij liberum esset, coniugem pudicam honesto matrimonio sibi iungere.

Nos hanc Antichristi Romani maculam, qua deformavit coniugium, ex nostris Ecclesijs tunc pellimus, quia neq; naturali, neq; divino, neq;

¶

DE CONIUG.

neq; Casareo iure talis sit prohibitio, ratione as-
sistentia, aut leuauonis in Bapismo.

Idem iudicium est de ordine sacro, quia
contrarium verbo Dei est, vllum hominum or-
dinem, arcere à Coniugio legitimo. Nam vox
vniuersalis est, Erunt duo in carnem vnā.
Item, Quæ non potest continere, nubat. Item,
Ad vitandam fornicationem, VNUS QVIS-
QUE suam habeat uxorem. Imò Episcopum
vnumquemq;, Paulus vult suam habere ux-
orem, & liberos bene educare. Pontifex quoq; &
sacerdotes veteris Testamenti, habuerunt coniu-
ges. Apostoli aliquot similiter, & Episcopi pri-
mitiua Ecclesia. Et castitatis donum, non est
cuilibet datum, cui verò à Deo coniugit, videat,
ut eo rectè viatur.

Votum quoq; soluere legitimè inita coniu-
gia, doctrina Antichristi est, non Christi. Nam
vota, nequaquam debent esse contraria verbo
Dei. Sed verbum Dei inquit, virum non habere
potestatem sui corporis, verum uxorem, & e-
contra. Deinde lex coniugij est, adhaerebi con-
iugi suæ, seu ut rectè exponitur, completitur
indissolubilem vitæ consuetudinem. Tertio Pau-
lus inquit, ad tempus solummodò abstinendum
Coniugibus esse, & non perpetuò, ne forte à Dia-
bolo

DIVORTIIS.

blorententur. Deniq; eiusmodi vota sunt per se
impia, & ab Antichristo Romano in ignomini-
am Coniugij, & ad supersticiosos cultus augen-
tis, nefarie excogitata. De coniugio legimus.
Honorabile coniugium, & thorus immaculatus.
De votis autem illis legimus, Frustra me colunt
mandatis hominum. Item. Fugite Idololatriam.
Item prohibitionem coniugij, sic & istam super-
sticiosam diuulsiõnem, esse opus Diabolorum &
Antichristi, sive id fiat cum voluntate hominum
(fascinata scilicet) sine contra eam.

De cognatione porro legali, seu ad optionem,
iura honesta civilia, & consuetudines bona con-
sulantur, quia sacra litera de hac parte nihil
prescribunt. Nec opus est inijci laqueos consci-
entis, ubi Deus non ligat.

Rectè igitur estimantur, & purgantur illi
vulgares in Papatu versus, ex Antichristi de-
cretis extructi:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas, ius, ordo, ligamen ho-
nestas.

Si sis affinis, si foris coire nequibus
Hac socianda verant, connubia iuncta re-
tractant.

DE CONIUG.

In codice lib. 5. tit. 17. de repudijs iste
cause commemorantur: Si qua maritum suum
adulterum aut homicidam, aut veneficum, vel
certè contra nostrum imperium aliquid molien-
tem, vel falsitatis crimine condemnatum inue-
nerit, si sepulchrorum dissolutorem, si sacris ad-
ibus aliquid subtrahentem, si latronem, vel latro-
num susceptorem, vel abactorem, aut plagiarium,
vel ad contemptum sui domusve sua ipsa in-
spiciente cum impudicis mulieribus (quod maxi-
me etiam castas exasperat) cetum inuentem, si
sua vita veneno, aut gladio, aut alio simili mo-
do insidiantem, si se verberibus (que ingenuis
aliena sunt) afficientem probauerit, tunc repudij
auxilio vii necessario ei permittimus libertatem,
& causas dissidij legibus comprobare. Sed ista ad
Consistoriorum iudicia sunt referenda.

FORMA SEU QVO MODO.

Diuortium est legitima quadam diuulso
Coniugum. Explicandum itaq; nonnihil est,
QVOMODO eam fieri conueniat, obseruata
tamen Methodi ratione.

In genere autem tria, ad formam seu rati-
onem diuortij pertinent, bono & legitimo ordi-
nempe:

Cogni-

DIVORTIIS.

Cognitio causa.

Dyudicatio.

Promulgatio atq; executio.

Cognitio causa, habet occasionem & pro-
bationem legitimam & veram. Accusatio au-
tem su plana. Probatio vero sit luculenta. Nam
intricata & dubia, impediunt rectum iudicium.
Huc & citatio pertinet, si pars aduersa non sit
in eo loco, aut alioquin iudicium subterfugiat.
Nam iustissima lex est, Oportere utramq; par-
tem audiri.

Eines Mans rede ist keine red/
Man soll die theil hören allbed.

Si vero non compareat aduersaria pars
postquam semel, vis, ter, peremptorie concessa
inlo temporis spacio citata, omnisq; diligentia
sine mala fraude adhibita fuerit, inquirenda
illa persona, & efficiendo, ut citatio quantum
possibile est ad eam peringere valeat, cognati
aut amici eius si haberi possunt, de absente inter-
rogemur, Isti etiam vel absentibus, vel nihil ad-
ferentibus, quod ad causa cognitionem pertinere
videtur, pars accusans omnia probet illustris,
que & causa ipsa, & iudices py, sapientes, &
iustrequirunt. Nihil enim precipitanter agen-

DE CONIUG.

Quum est. Nam res grauiſſima eſt ſeparatio Coniugum, qui iudicio diuino pro vna carne habentur. Ergo & ſapienter, & cunctanter procedendum eſt, hoc eſt, vt non feratur ſententia, niſi prius omnibus legitime & accurate exploratis atq; perſpectis.

Deinde verò & nimia, ac non neceſſaria, imò damnosa dilatio legitimi iudicii, in vicio eſt. Nam vbi cauſe ipſa per ſe plana ſunt, aut probationes ita euidentis, vt quaſi in ipſo conſpectu verſentur, ibi iuſticia & equitas poſtulant, vt parti innocenti auxilium feratur. Nocenti vero, debita pœna aſſiciatur.

Dijudicatio verò cauſe, ſi legitima & clara. Norma ſit verbum Dei, & leges ciuiles honeſta, bonisq; rationibus à verbo Dei non alienis, ſuffulta.

Completitur autem iſta legitima dijudicatio, ſeu ſententia, qua ibi proferitur, duo poſſiſſimum, primum, teſtimonium de innocenti perſona, & abſolutionem à vinculo coniugij, conſeſſionemq; vt habeat libertatem aliud matrimonium contrahendi, ſine peccato, & ſine infamia. Deinde nocentis, ſeu rea perſona damnationem iuxta leges, obſeruata tamen ea ratio-

DIVORTIIS.

ut, ut cuilibet iudici, suum pane modus relin-
quatur. Nam iudicia Ecclesiastica puniunt ver-
bo, & excommunicatione ab Ecclesia. At merè
politici Magistratus, puniunt gladio alijsq; legi-
timis modis. Ideò in adulteros & deserviores ma-
liciosos, graviter debem animadvertere, ut ex
iudicium Dei contra tales violatores Matrimo-
niorum, & disciplina, & honestas magis colan-
tur. Nam negligentia Magistratum, omnis
generis peccata crescunt. Nimis leues chirurgi,
ut vulgo dicitur, faciunt purida vulnera. Vi-
tiosa igitur sunt in pijs & iustis imperijs. Vir aq;
extrema, crudelitas nempe, & lentas nimia.

Promulgatio sententia, sit solennis & pu-
blica, in qua deserti pars rea damnetur, atq; in-
nocens absolvatur. Ita ei potestate, ut alij possit
iungi matrimonio legitime. Huic verò promul-
gationi, non modo in proferendo, sed etiam in
exsequendo, sua sit & iustitiae auctoritas. Nam si
potentiores sese opponant, Deo & iusticia repug-
nant, gravioresq; penas, sibi & suis accersunt.

Nunc in specie ad casus, seu causas divor-
tiorum, generalia illa applicanda sunt, ut
sunt illustriora.

DE MORTE.

¶ 4

Mors

DE CONIUG.

Mors coniugis, est vel certa vel incerta. Si certa est, & cognita hominibus eius loci, ubi altera persona vivit, nullo iudicio prorsus opus est. Nam lex Dei plana publicèq; nota est, quod mortuo coniuge, persona superstes habeat libertatem, cum alia legitime matrimonium in eundem Rom. 7. x. Corinth. 7. Alia tamen res foret, si viva persona esset coniugicida, idq; manifestissimis argumentis convinci posset. Nam ibi Magistratus, suo videretur gladio. Si vero coniugicida ob circumstantias aliquas tolleretur a Magistratu, non posset ei denegari copulatio cum alia persona, sicut & alij homicidæ idem esset permittendum, verum non sine publica poenitentia, ut scandalum Ecclesie datum tolleretur, & poeniens in Ecclesie societate recipere.

Sin vero mors coniugis incerta, ipsa necessitas cogit, veritatem rei investigare, ac testimonia mortis liquidissima idferri, nihilq; precipitanter in rebus tamis cavere vel suscipere. Etsi igitur fama a remota sonat de obitu coniugis, in prelio aliquo vel profectioe longinqua, & sunt quidam in terra, qui id affirmant, tamen etiam aliter videndum est, an testes illi sint iudicij digni, & certiora testimonia inquirenda sunt, iustumq; tempus expectandum, quo veritas magis innotescat. Habenda enim est ratio iusticiae, honestatis, & bona conscientie.

Porro

DIVORTII.

Porrò pie & grauius à Paulo dictum est. Nubat, modo vt in Domino. Permittit quidem uxori, marito defuncto, coniugium cum alio uero, Sed uult, vt in Domino hoc fiat, hoc est, in timore & inuocatione Dei, ne impijs aut Idololatrijs sese iungat, Sed pium maritum exspectat, ne sese in periculum animæ coniiciat, sicut filie & filij huius seculi, magis pulchritudinem, robur corporis, voluptates, opes, dignitates spectant & ambiunt in matrimonijs, quam pietatem. Deinde sine dubio, & honestatis leges uult Paulus coniuges, extincto uita socio, sequi, vt aliquod saltem tempus luctus obseruetur, cuiuslibet genti uisatum, ne priusquam conuinx in sepulchro frigerit, vt vulgo dicitur, cum alio fiat consortio atq; commixtio. Non autem habet illud tempus luctus, certas metas aut leges, ideo nullius conscientia est grauanda, si propter casus graues, citius cogatur sibi de coniuge, honesto tamen modo, prospicere, quam sit quorundam consuetudo. Ad minimum tamen semestre, aut quadrantem anni, differri nouum matrimonium decet.

DE ADULTERIO.

Differunt supra, fornicationes, incestus, adulteria. Stupra sunt, quæ uirginibus, aut uidijs

DE CONIUG.

Quis inferuntur. Fornicationes, quae cum solis
quidem personis, sed inhonestis sunt. Incestus,
qui committuntur cum iis, qui sanguine aut affi-
nitate nimis propinquo gradu iuncti sunt.

Adulterium verò est, quando coniunx,
vivente coniuge, suum corpus alteri, siue libera,
siue iuncta matrimonio communicat. Nam re-
spectu coniugis, est adulterium verum, ac fedum,
etiamsi respectu libera vel in honesta, sit stuprum
vel fornicatio.

Notandum autem & hoc est, in sacris li-
teris frequenter vocabulum fornicationis, etiam
adulterium complecti.

Porro adulterium duplex est, aliud est
manifestum, vel per se, vel per indicationem &
probationem luculentam. Aliud est occultum &
obscurum.

In manifestis & notorijs Adulterijs, faci-
lior est diiunctio iuxta legem divinam. In adul-
terijs autem occultis, inquirende sunt probatio-
nes, vel per testes, vel per alias indicationes, quae
vite in iudicio examinata, rem istam turpem
suffICIENTER probent. Suspiciones quidam cae-
sunt, ut dicitur. Sed videndum tamen est, quae
aliquam

DIVORTII.

aliquam habeant causam, qua non? Nec sine li-
quidissimis & sufficientissimis probationibus, fas
est pronunciare. Solet præterea ipse Deus, cuius-
modi impuros nebulones, licet aliquandiu sua
scelera contegere omnia astucia & improbitate
studeant, tandem reuelare atq; confundere, ac
innocentem partem vindicare.

Deinde verò aliud est adulterium malici-
osum, aliud est coactum. Maliciosum est, quan-
do sua voluntate exorbitant Coniuges sine sobrijs,
sive ebrijs, quacung; occasione. Coactum est,
quando vi in expugnationibus ciuitatum, aut
in captiuitatibus, aut alijs grassationibus, hone-
sta marona stupratur præter suam voluntatem
& consensum, sicut Tarquinius, Lucretiam re-
luctantem oppressisse scribitur.

Aliud quoq; est, quando utriq; coniuges,
vinculum coniugij ruperunt, seseq; polluerunt
adulterijs. aliud quando iantum una persona
coniugij, foedus conjugale violauit.

Item aliud est quando scelestus maritus
uxorem prostituuit, aut maliciosa desertione, in-
firmo vasculo peccandi occasionem præbuit.

Item considerandum est, an postquam de
adulterio

DE CONIUG.

adulterio pars innocens rescindit, coniugale iterum cum adultero conuixerit, an non? Non eiusmodi rerum circumstantia, sententiam iudicij vel exasperant, vel mitigant.

Ratio iudicij.

Si pars innocens non queritur in iudicio, Ecclesia non separat tales coniuges sua sponte, adultero tamen sine adultera, si res manifesta sit, coram Ecclesia poenitentiam imponit, idq; propter hasce causas, primum ut extet vox diuina, talia flagicia reprehendens & damnans. Deinde ut Ecclesia reconcilietur, a qua semet ipsum, suo ipsius tunc scelere excommunicarat. Tertio, ut scandalum datum publice tollatur. Quarto, ut Ecclesia pro ipso preces faciat, & gaudeat de peccatore agente poenitentiam. Quinto, ut alij hac disciplina Ecclesiastica commonescunt, a similibus peccatis absterreantur.

Poenitentia vero ratio talis hodie, in relligiosis constitutis Ecclesijs obseruatur, ut peccator primum privatim diligenter insitutus de peccato, de fide in Christum, de vita emendatione, in congregatione Ecclesia, quando frequens populo, conciones & publica sacra sunt, coram altari sistatur, ubi audiente tota Ecclesia, adulter

ministr
suum a
a Deo
tum? a
an peti
hac Ec
singula
clesiam
bus die
nem Ec
grauem
di pecc
cum als
S
querim
quid p
concili
ximi, a
prestan
aig, obl
erga no
ra pecc
sericor
Imbec
datione
stano.
vunne
tum v
mini-

DIVO RTIIS.

ministro verbi Dei interrogatur, an peccatum suum agnoscat & deploret? an petat remissionem à Deo? an deprecetur scandalum Ecclesie datum? an promittat seriam vitam emendationem? an petat absolutionem in nomine Christi coram hac Ecclesia? Accepta deinde responsione ad singula ista capita, Minister verbi hortatur Ecclesiam, ut pro isto peccatore preces faciant, quibus disetis, eum clara voce recipit in communionem Ecclesie, atq; à peccato absoluit, & addit gravem commonesactionem, ut Ecclesia eiusmodi peccata vitet. Tandem peccator siue solus, siue cum alijs, Testamento Domini fruatur.

Sin verò pars innocens, ad iudicium referre querimoniam de coniugis adulterio, ac potest liquido probare, primum tentatur via quedam reconciliatio, fundamenta eius sunt, dilectio proximi, qua cum alijs, tum in primis coniugibus prestanda est, & complectitur condonationem atq; obliuionem iniuriarum. Exemplum Dei erga nos, qui quotidie nobis, & plura & maiora peccata condonat. Vox Christi est, Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Imbecillitas humana, lucrifactio persona emendationem sanctè promittentis. Coniugij cohonestatio. Præmia qua Deus ijs, qui lenitate tali viuunt, retribuit. Omnium piorum & honestorum vota, & tanta mansuetudinis prædicatio.

Dein

DE CONIUG.

Deinde verò, si reconciliatio nullus lo-
cus conceditur, vel etiam non speratur serua-
tione partis rea, iudex claris verbis causam
diuorij denunciat, & iuxta Christi vocem, in-
nocentem partem à Coniugio nocentis penitus ab-
solvit eiq; innocenti facit potestatem, cum alio
matrimonium legitime contrahendi, Nocentem
verò condemnat, ac prohibet ei Coniugium in
penam, eo quidem loco, more Ecclesia.

Norma ac fundamentum huius separati-
onis, est vox Christi. Matth. 5. Omnis, qui di-
miserit uxorem suam, excepta fornicationis cau-
sa, facit eam mœchant. Ergo propter adulteri-
um, in iudicio legitimo probatum, licitum est
facere diuorium iudicis sententia.

Cause autem cur adulteria dissoluant con-
iugia, ista sunt.

Quia adulter sua sponte se ex communi
iugo exolvit, & fœdus coniugale violat.

Quia suum corpus à coniuge auellit, &
alijs communicat.

Quia semet occidit eo ipso, quia in suppli-
cium capitale sese conijcit.

Quia

DIVORTIIS.

Quia typum coniugij sceleratè deformat.

*Quia Christus Deus censuit, adulteria dis-
solvè matrimonia, vii dictum, Matth. 5.*

*Magistratus verò politico, actio illa Ec-
clesiastica nihil praeiudicat. Nam ille etiam sua
sponte, ratione sui officij, in adulteros adulteras-
que inquirere debet, factaq; legitima inquisitione,
legitimè damnare ac punire. Est autem divina
constitutio, ut adulterium perpetrantes, ultimo
supplicio afficiantur, iuxta legem Deut. 22. Si
dormiserit vir cum uxore alterius, uterq; morietur,
id est, adulter & adultera, & auferes ma-
lum de medio Israël. Item Leuit. 20. Et hanc
ob causam in Veteri Testamento, de separatione
adultery causa nihil dicitur, quia morte reos sus-
tulerunt. Si igitur Magistratus suo rectè fun-
giatur officio, nihil opus est separatione alia, quia
morte liberatur innocens persona. Sin ille conni-
uet aut lenius punit, Ecclesiasticum tamen iudi-
cium, adulteris irrogari necesse est.*

*Plurima porrò honesta gentes, adulteria
sunt abominata, & convictos de hoc scelere capi-
tali supplicio sustulerunt.*

In op.

DE CONIUG.

In oppressis violentia, siquidem violentia manifeste probata fuerit, & in iure adhiberi oportere, res ipsa docet. Eisi enim p[er]sona amissio, grauius malum est, quam si c[on]iugis, aut brachium vxori resectum esset, tamen v[er]o p[ro]p[ri]a & humanus consideret, vxorem contra voluntatem suam, tali ac tanto damno affectam. Sed variant circumstantia rerum, ideo ad p[ro]uident & prudentes iudices, definitiones iusta in eiusmodi perplexitatibus, referende sunt.

Si porro viri, coniuges de adulterijs conuicti fuerint, non fit separatio, sed viri, si Magistratus vii merentur, eos non punit, reconciliatio imponitur, ac neutri conceditur aliud matrimonium contrahendi. Ratio est, quia viri, sunt rei. Iudicia autem legitima innocentijs subueniunt, nocentes vero panis debitis subiiciunt.

Nec prostituentibus, aut euidentem causam praeberentibus coniugi ad adulterium, permittitur cum alia persona in Coniugio viuendi. Imo Magistratus quoque, tales punire tenentur.

Nec separationem fieri conuenit, ubi innocens comperto aliterius adulterio, iterum coniugaliter cum coniuge cohabitauit. Nam ea re

DIVORTIIS.

ante sese reconciliauit, denique pristinum Coniugij vinculum confirmavit.

Sed in eiusmodi causis, variant circumstantia plurimum, uti diximus, ideo sententia quoque non possunt regulis certis comprehendi. Verum pii ac prudentes iudices, pro circumstantiarum varietate, sententias ad leges accommodant, nihilque contra conscientiam pronunciant.

DE DESERTIONE.

Desertio maliciosa (mutwillig/Item heimlich weglauffen) accuratam inquisitionem requirit, nempe:

Testes ex vicinis & honestis viris, qui asserere possint, desertorem nulla gravi causa adductum, deseruisse coniugem. Item personam desertam, recte & honeste sese gessisse.

Deserte persona sollicitudinem, quae per se, aut per cognatos, quantum omnino possibile fuit, monuit desertorem, ut reuerneretur, memor sibi dei conjugalis, sibi tam sanctae promissae.

Citationem legitimam vel à Consistorio vel Magistrate, vel pastore eius loci factam ac si de

DE CONIUG.

si de loco constat, ubi degit desertor, ad ipsam
missam.

Probationem liquidam, quod ab eodem
tempore, quo desertor absuit, non scripserit literas,
non miserit subsidium vite, non petierit, ut de-
serta persona sese sequeretur.

Tempus iustum expectationis, quod non
eodem modo in iure civili determinatur, eamque
ob causam vel à Magistratibus defini, vel à
iudicibus iuxta circumstantias rerum, rectè es-
timari debet.

In iure civili.

Lex 2. C. de repudijs triennium absentia,
sine consensu sponse, constituit causam divorij.

Lutherus & Pomeranus, post anni spaci-
um faciunt potestatem deserta persona, suam
causam referendi ad iudicium, ubi citatio atque
diudicatio fieri queat. Eam sententiam &
Brennius, Bullinger, Bucer aliique sequuntur.

Conditionem deserta persona, quid eius
conscientia, quid vitæ ratio, Oeconomia, liberi
teneri, ferre queant.

Hes

DIVORTIIS.

Hæc aliq, eiusmodi plura, in iudicio plurimum priorum, & sapientum virorum, indaganda, ponderanda, & recte definienda sunt.

Satis igitur explorata malicia, & astorgia desertoris, index innocenti persona subueniat, ut (quia desertor factus fœdisfragus, oblitus est vinculi conjugalis, & dilectionis debita) iuxta testimonium Pauli. 1. Corinth. 7. innocentem, pronunciet solutam ac liberam a desertore, facta potestate alteri nubendi legitime desertorem verò damnet.

Magistratus autem politicus, desertorem non ferat in suo territorio, imò comprehensum debita pena, ut alijs sit exemplo, afficiat.

Fundamentum istius separationis, est, dictum Pauli 1. Corinth. 7. Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater, vel soror in talibus. Est autem hic nonnulli, nodum quasi in scirpo quarunt, urgentes infidelitatis vocabulum, & clamantes, Paulum de hæreticis differere, tamen manifesta res est, desertorem sua astorgia, suam infidelitatem & impietatem enormem, satis superq, declarare. Nam si timeret Deum, non fieret fœdisfragus. Ore quidem Christianum mentiri posset, sed factis in-

DE CONIUG.

Etis infidelitatem suam aperitissime probat, 2. Timoth. 5. dicitur. Si quis suorum, maxime domesticorum, curam non habuerit fidem negavit, & infideli est deterior.

Porro ad hunc verbum separationis, adiciamur & ista graues rationes:

Quia ipsemet desertor, sua desertione, sedus ac societatem coniugij, qua complectitur indiuiduam vite consuetudinem, prater omne fas & equum violat.

Quia suum corpus, cuius ipse non amplius habet potestatem, teste Paulo, 1. Corinth. 7. Coniugij subtrahit.

Quia in periculum corporis & animae coniugem coniecit.

Quia desertor ipse, plerumque alibi non seruat castitatem coniugij debitam, sed sit adulter.

Quia omnem consolationem, omnem vi-etum, coniugij & liberis quoque, non raro astorgit ille sceleratissimus subtrahit.

Quia Reipublice etiam, ubi habitabat, sua necessaria officia, qua corpore & facultatibus debebat,

DIVORTIIS.

debebat, subtrahit, estq; desertor patriæ. Aufu-
erant enim tales, non resignato iure ciuitatis.

Quia sunt scandalo multis alijs, & suis
liberis, quasi ignominia notam incurrunt.

Ergo & innocenti ratio habenda est, ex
iusta condolentia, & Magistratus cõ seuerioris
pena in talibus, exempla vindicta diuina statue-
re debet.

Quando verò causam desertioni, alter
coniugum dedisse perhibetur, vel morositate e-
normis & incurabili, vel insidijs vite, vel dene-
gatione officiorum coningalium, vel quia suspi-
tus fuit cum alio, quod fidem coniugij violarit,
causa ille diligenti inquisitione cognoscenda, &
ventilanda sunt, verè sic se habeant, an non?
Deinde an causa sufficientes proferantur, vel
non? Atq; in primis reconciliatio tentanda est,
quia res grauissima est diuortium. Præterea so-
let Diabolus, & Zizania dissensionum inter coniu-
ges disseminare, interdum ex leuibus causis, po-
tius verò veluti ex scruilla, incendium exusci-
tatur, pluraq; incommoda accedunt.

Discessio porò necessaria, facta cum con-
sensu coniugis, aliam habet rationem, vt, quan-
do quis

DE CONIUG.

quo quis negotiorum suorum causa, peregrinè profectus, ac diutius quam sperarat, abest.

Item, quando iussus à Magistratu, respública gratia militatum abire, aut legatione in remotas terras fungitur, etiamsi id non satis bonum cum voluntate alterius coniugis factum sit. Nam patria nostra, corpus & facultates debemus.

Item quando valetudine aduersa correptus, seu in captiuitatem redactus, emanet.

Si igitur talis habeat animum reuerentem, ac per se non ster, quò minus cito reuertatur, scribat ac mittat auxilia coniugi, si possit, non est faciendæ separatio, Sed monenda est persona relicta, ut sciat, ad fidem Coniugij pertinere, et patienter ferat istam absentiam Coniugis, & expectet reditum. Ratio est. Nam præter voluntatem & fraudem malam Coniugis absentie, ista accidunt, ac sunt veluti morbi, qui non detrahunt Coniugium. Si verò de morte exploratum fuerit, plana res est.

Alia tamen res est, quando quis ab auctoritate sui Magistratus, propria temeritate, vitæq; licentia gaudens, currit in miliciam, sine ea iusta, sine iniusta sit, non coactus extrema

DIVORTIIS.

na inopia. Graue igitur est, personam reli-
 ctam, non modo egestate & fame propemodum
 consistari cum liberis, sed etiam in discrimine
 periculisque versari: differunt enim dona: dum il-
 le nebulo libere belluatur, & licenter sese libidi-
 nibus polluit, ac si quando reuertitur, adfiri ni-
 hil, nisi corpus mutilatum, non quidem in praelijs
 contra hostes, sed in dissensionibus potationum
 & ludorum, & perditum fœdis libidinum mor-
 bis. Contra tales igitur nebulones, Magistratus
 debet seueram legem ferre, ne eiusmodi deser-
 tiones ipsis essent impunitæ. Aliud verò est,
 quando persona libera, in miliciam bonam &
 iustam se conferunt, ut res militares cognoscant,
 & virtute aliquid sibi comparent. Aliud, quan-
 do Coniuges, qui domi possent honesto labore vi-
 ctum querere, Coniugem, liberos, domum, vi-
 cinos, rempublicam, patriam, deserunt, ad do-
 mum aliquando reuertentes, ut diximus, non
 pecuniam, sed paupertatem, non virtutes sed vi-
 cia, non robur corporis, sed morbos reportant.

Desertio coacta, seu quæ præter voluntatem
 fit, suam quoque, habet rationem, ut sunt exi-
 lia, quæ tempore persecutionis ingruunt, quando
 vel religionis, vel vastationum gratia, homines
 non volentes pelluntur suis domibus.

Item relegationes, deportationes, & simi-
 lia, siue ea accidunt reis, siue innocentibus.

O A 78

DE CONIUG.

In eiusmodi autem casibus, tenentur coniuges sequi exules, relegatos, deportatos, siquidem sit possibile, Sin minus, decet eos istam diuulsionem pacienter ferre, donec vel fieri restitutio, aut coniunctio possit, vel de morte absentis cerio constet. Ratio est, quia eiusmodi accidentia, quasi morbi quidam reputantur. Estq, astringia, exulibus & relegatis, officia dilectionis conjugalis subtrahere.

Hactenus de principalibus causis differimus. Quod reliquum est, de vicinis causis, nihil auinet prolixè disputare, quia eadem prudentia adhibenda, idem ordo, qui in superioribus, obseruandus est.

Impotens si quis accusetur, an tali morbo ante nuptias laborarit, an vero post eas eum acciperit, diligenter explorandum venit. Quod si igitur tali morbo prius etiam pradius fuit, neq, est spes restitutionis vlla, tentata prius curatio, & data spacio legitimo pro iudicium arbitrio, ex circumstantiis rerum sumpto, pronuncietur, eam copulationem non fuisse conjugium, sed alteram personam deceptam esse. Ratio est, quia non potest habere potestatem corporis persona impotentis. I. Corinth. 7. & consulendum est conscientia & honestati. Si vero post nuptias & coha-

DIVORTIIS.

cobitationem maritalem, illud damni accessit, non sit separatio, quia morbi non diuellunt coniugia, Sed dilectio coniugalis requirit patientiam & orationem. De pluribus autem circumstantiis, Iure consulti disputant.

DE SPONSA STV. prata.

Quando quis sponsam suam nuptijs celebratis, non inuenit virginem accusationemq; instituit, difficilis sane, & permolesta est diiudicatio. Multo enim satius est, maritum hac in silentio tegere, & animo secum reputare, se quoq; in sua vita sepius peccasse, ac Deum sibi istam crucem imponere, ut e' wis in & p erga vita sociam exerceat. Deinde si actionem instituat, non potest ea abire sine deformatione vtriusq;, imò etiam omnium propinquorum. Præterea accedunt alia damna & mala, que cauere uulius fuerat, quam moueri aut accersiri sibi aut alijs.

Si uero actio coram iudicibus competentibus instituitur, prudenter omnia sunt inuestiganda, an maritus id antea scierit, an post animaduersionem mox abstinuerit, an uero dissimulato isto malo aliquandiu, postea offensus alia re, ex iracundia reuelarit, an ipse bona uita re-

DE CONIUG.

stimonium habeat, & similia. Sunt praeter
omnia grauiora, quando pragnans est, aris
caelari non potest.

Tentanda autem omnibus modis est recon-
ciliatio, ut simul in coniugio uiuant, ex istis ra-
tionibus:

Quia non sine consilio & iudicio Dei sine-
gulari, talis ipsi sponsa obtigerit. Deum enim
omnia arcana nosce. Ac sunt paena diuina paci-
enter ferenda. Sape etiam Deus, peccata pecca-
tis uolsci solet. Est igitur pietas, Dei uoluntati
se se submittere, ac crucem impositam ferre leni-
ter, & rogare Deum, ut ipse arumnau mode-
retur.

Quia Deus multo plura ac maiora pecca-
ta, quotidie condonat. Et Christus inquit. Esto-
te misericordes, sicut pater uester caelestis miseri-
cors est.

Quia arcana non tam reuelanda, quam
regenda sunt, iuxta dictum, Delicta operum cba-
ritas.

Quia reuelatio talium rerum, non tantum
in stuprata, sed etiam in mariu ignominiam re-
dundat, & deformantur tota cognationes.

Quia

DIVORTIIS.

Quia vno malo moto, plura simul moueri solent. Nam Diabolus delectatur conspurcationibus hominum, praesertim coniugum & ex vno filo, ut dicitur, magnam telam contexere studet. Item, Mala bene condita, non sunt mouenda. Item, Stercus motum sordet.

Quia odia, inimicitia, iniuria, insidia, saepe etiam neces, ex eiusmodi rebus oriuntur.

Quia etiam interdum falso iraducuntur persone, quibus postea non potest honor suus restitui. Nam cavillationes eiusmodi, vulgus tenaciter retinet.

Quia Deus forte aliam daret, qua vel fidem conjugalem non obseruaret, vel alioquin semale gereret.

Si vero tentationi nullus relinquitur locus, ac maritus integer vita cognoscitur, an possit fieri diuortium, indices pii ac prudentes considerabunt, ac decernent, iusto tamen spacio interposito, si forte emolliri ad retentionem maritus queat. Nam tandem & innocenti persone, auxilium praestari conuenit.

In veteri Testamento, publica lex extabat de eiusmodi casu, ut si re indicata facinus deprehenderet.

DE CONIUG.

prehensum esset, à populo rea lapidibus publice obrueretur, in publicum disciplina exemplum. Sin verò maritus falsò eam accusasset, ut non tantum centum argenti Siclis, sed etiam verberibus egregie mulctaretur, atq; uxorem per omnem vitam retineret, cum tamen alioquin propter leues etiam causas, licitum esset libellam repudij dare. Deut. 22.

DIVORTII PROPRIETATES.

Pertinet ad causam formalem divortiorum, etiam illud annotare, quasnam habeant proprietates divortia, ut nimirum rectius intelligi queat, qualemnam mutationem separationes ista coniugum adferant. Sunt autem proprietates istae:

Primum res ipsa Coniugij soluitur, hoc est nervus, vinculum, colligatio, unitas, vite conjugalis consuetudo discerpitur, dinellitur, soluitur in uniuersum. Nec sunt inania vocabula, eiusmodi legitima separationes, Sed res ipsa. Coniugium duos vni iugo, per omnem vitam iungit atq; includit. Divortium istos duos, ex isto communi iugo dissolvit atq; excludit. Qui igitur maritus fuit, non est amplius maritus, Quia

DIVORTIIS.

Qua uxor fuit, non amplius est uxor, ac prorsus sunt soluta persona.

Secundo, pars rea, est quasi mortua persona, quia seipsam auulsit atq; exemit e communi iugo, & nunc etiam, sententia iudicis diuulsa atq; separata indicatur, unionem enim Coniugij, ipsamet rupit.

Tertiò Innocens pars, lege accipit potestatem, cum alio contrahendi coniugium. Rationes sunt:

Quia Christus inquit, licitum esse fornicationis causa diuortium facere. Ergo & licitum est, alij iungi matrimonio post diuortium.

Quia Paulus inquit, Non est seruus subiectus frater, vel soror in talibus. Ergo potestatem cum alio iungendi matrimonium, post desertionem à iudicibus diuulscatam, concedit.

Quia liberatio ex iugo communi, scelere alterius partis, & lege iudicum, non est verbalis, sed realis. Ergo liberè sese alij coniugio mancipare potest.

Quia separata persona, semet suo flagicio quasi occidit, ac indicatur pro mortua, siquidem

con-

DE CONIUG.

coniuges sunt una caro. Sed rea persona, suam carnem à carne coniugis auulsit.

Quia leges absoluunt & liberant innocentes, nec pari eos cum reis pena afficiunt. Quam enim isthac foret iusticia seu aequitas, innocentem personam legitime, publico iudicio absolutam, postea à coniugio honesto arceri?

Quia in veteri Testamento, missò libello repudij, licitum erat aliud matrimonium inire, praesertim innocenti.

Quia Ecclesia Christi, antiquitus innocenti non prohibuit alterum matrimonium.

Quia Iura ciuilia, non interdunt coniugium innocenti.

Argumenta verò quae opponi solent, paulo post in contrarijs annotabimus.

Quarò, Pars rea, ex sententia iudicium competentium, penis legitimis subicitur, quas Magistratus Politicus exequitur, ut sunt:

Capitale supplicium, iuxta legem veteri Testamoni de adulteris.

Relega-

DIVORTIIS.

Relegatio seu exterminatio. Nam eiusmodi Anathemata fouere in reliqua hominum piorum & honestorum societate, periculosum ac damnosum est. Nam Deus habet vindicem oculum. Et quam isthac esset iusticia, adulteris & desertoribus maliciosis, liberum quasi asylum, & impunitatem scelerum praeberet.

Prohibitio coniugij in penam, siquidem in eodem loco permittatur manere pars nocens seu rea. Nam si nocenti iterum in eodem pago, oppido, ciuitate, licitum esset coniugium pro arbitrio contrahere, fenestra quasi ad omnem nequiciam perpetrandam, multis nebulonibus aperiretur, et malicia exoptatum premium consequeretur. Necessarium est igitur, honestatis & tranquillitatis gratia, ne pia coniugia turbentur aut dedecorentur, nocentes personas vel sine coniugio manere, vel expelli.

Lutherus porro, hoc consilij in medium affert de nocentibus personis ac separatis, si omnino continere nequeant, ut in aliquam regionem longius distitam sese confrant, in qua de ipsorum scelere nemo quicquam compertum habeat, ubi boni & piij pastoris consilium petant, & sequantur.

Quinto, Non licitum est, repudiatam à se, iterum in uxorem ducere, praesertim si alij nupta

DE CONIUG.

nupta fuit, licet ille alter maritus mortem obierit.
 Extat autem manifestus textus Deut: 24. Non
 poterit prior maritus recipere eam uxorem, quia
 polluta est, & abominabilis facta est coram Domi-
 no, ne peccare facias terram tuam, quam Domi-
 nus Deus tuus tradiderit tibi possidendam. Esq;
 honestas etiam, qua ipsi hominis nature implan-
 tata est, ea in re spectanda. Fiedum exemplum
 est, quod ipsa natura abhorret, quod Cato pater-
 ni Hortensio Martiam conjugem tradit, Eodem
 vero mortuo, eandem reducit, perinde ut mili-
 res impij ludunt in permutandis, aut sibi mutuo
 vendendis meretricibus. Eiusmodi autem nefa-
 riam permutationem uxorum, Magistratus ca-
 pitale supplicio merito ulcisci solet.

Alia verò res foret, si persona separata,
 antequam alijs matrimonio iungeretur, cum
 consensu Magistratus & pastorum, redintegrare-
 rent coniugium, propter graues causas.

DE IVDEORVM DI- uortio.

Pluralitas uxorum, qua publicè inualuit
 ac tolerata est in veteri Testamento, attulit et-
 iam magnam in diuortijs licentiam. Itaq; Moyses
 Deo permittente, coactus est eam licentiam non-
 nihil

nihil legi
 diffatur
 natur li
 bono ora
 tius rei o
 Fuit ita
 orum
 prefixas
 lantes, q
 licium e
 pudare
 Christi
 Esse eam
 legem c
 non sepa
 dis ipso
 rum, ab
 repudiu
 Matth.

Non
 care cau
 iudiciu
 re, pro f
 offensor

DIVORTIIS.

libil legibus constringere, vt Deut. 24. lex illa
dicitur, Si qua causa diuortij incidat, vt scri-
batur libellus repudij, hoc est, deliberato &
bono ordine, & cum iudicio id fiat, vt possit
ius rei coram honestis hominibz reddi ratio.
Fuit itaq; permissio magis quam lex, illa Iude-
orum separatio. Cum autem subinde metas
prefixas transilirent homines profani et petu-
lantes, questio agitata est inter honestos, num
licitum esset, vxorem quamlibet ob causam re-
pudiare. Ad hanc questionem sibi propositam
Christus respondet cum summa indignatione,
Esse eam leuitatem, contra Dei creationem et
legem coniugij, Quod Deus coniunxit homo
non separet. Item Moysen propter duriciem cor-
dis ipsorum, PERMISSISSE dimissionem vxo-
rum, ab initio autem sic non fuisse. Praterca
repudium, restringit ad solum adulterij casum.
Matth. 19.

CONTRARIA.

Non legitimo ordine, cognoscere ac dijudi-
care causas matrimoniales, sed vel precipitare
iudicium, vel maliciosè regulam iuris inflecte-
re, pro fauore, vel odio personarum vel etiam
offensionum, aut suorum periculorum.

P

Pri-

DE CONIUGI

Prudto tantum arbitrio inter sese, de
mutua separatione pacisci, non consulto pasto-
re, nec Magistratu, diuidere facultates, & sic
ab inuicem discedere, tali conventione, quod
neuter alteri velit esse impedimento, quo mi-
nus cum alia persona mari inoniam corraha.
Hæc barbaries bestialis, publicis legibus et
pænis, reprimenda & corrigenda est. Nam
plerumq; vel innocens persona, miserè ab al-
tera parte decipitur, aut blandicys, aut minis:
vel vtraq; persona, spectant licentiam vita,
aut alios, quibus cum existimant se libentius
in coniugio victuros. Cum autem in Christiana
republica, non sit fas, vt vlla persona ferat-
tur, quæ non sunt solenniter à Ministro verbo
Dei, loco & nomine Dei copulata, ideo neg-
coniugibus fas est, vt semetipfos diuellant, sine
legitimo iudicio, cui talium Matrimonialium
causarum cognitio est demandata.

Tolerare eiusmodi priuatas discessiones
ac separationes coniugum, in ignominiam con-
iugij, & scandalum alijs quàm plurimis. Nec
dubium est, quin grauissimè peccent Magistre-
tus politici, & pastores, si ad eiusmodi inordi-
nationes connueant, vel crassa quadam ne-
gligentia, vel insulsa ac barbarica inscitia

impietate

DIVORTIIS.

impietate. Nam de coniugio honestius est se-
tendum, quam ut eiusmodi priuata ac turpes
secessiones, ac distractiones coniugum, publice
tolerentur. In Ecclesia enim Christi, decet om-
nia bono, et graui, et necessario, et utili ordine
geri, ac perfici.

Non exequi penas, quas leges & honeste
consuetudines decreuerunt. Sed parcere, vel
propter corruptelas munerum, vel propter
cognitionem, amicitiam, metum, periculum,
aut similes nugas, quibus executio iusticiæ Dei
impeditur et intermittitur. Hanc verò ob cau-
sam, istos Magistratus, aut pastores, Deus tan-
dem punit vnà cum reis. Deus enim est iustus
iudex, et irascitur singulis diebus, atq; sui iudi-
cij testimonia ob oculos ponit, si modo stulti ho-
mines attenderent.

Separare tantum quo ad mensam et tho-
rum, & non quo ad vinculum coniugij, hoc est
verbis, non re soluere, nec permittere parti
innocenti atq; absolutæ potestatem, alterum
coniugium ineundi, donec quidem pars rea in-
uinit est. Talis iniusticia et crudelitate, hacten-
us pontificia Ecclesia est vsa. Sed rationes
Antichristi audiamus, vt rerum pondera om-
nium oculis exponantur.

DE CONIUG.

Argumenta pontificiorum.

I.

Manentibus substantialibus Coniugij, non licitum est cum alia persona coniugium inire.

Sed facta separatione propter adulterium & desertionē, nihilominus manet substantialia coniugij.

Ergo separatis etiam innoſcentibus, non fas est cum alijs personis matrimonia inire, donec pars rea in viuis est. Porro substantialia coniugij vocant, ipsum nexum seu vinculum coniugij. Separationem intelligunt, tantum quò ad cohabitationem & rborum.

Respondeo. Minor est *αγιώμαρον*. Nos eam negamus, quia separatio legitima coniugij, non sunt tantum verba inania, sed ipsius coniugij dissolutio, seu vinculi coniugalis scissio atq; diuulsio. Canonista verò affirmant audacter atq; pertinaciter satis, ideo ipsorum fundamenta in medium theatrum procedant, vt de robore ipsorum iudicium fieri queat.

2.

Quod Deus coniunxit, homo non separet.

Coniuges sunt a Deo iuncti atq; colligati, in indiuiduam vitæ consuetudinem.

Ergo

DIVORTIIS.

Ergo nemo hominum coniuges separet.

Respondeo. Primùm concedendum sanè est nulli mortalium fas esse, suo ipsius arbitrio aut potestate, coniugia dissuere. Sed si lex diuina coniugia dirimit, an non Deus ipse dicitur id facere, licet homines legem diuinam sequentes, sententiam ferant et pronuncient. Ipse autem Christus Deus inquit, EXCEPTA fornicationis causa. Ergo Deus ipse dissolutionem coniugij propter adulteria facit, ac parti innocenti concedit, vt alij personæ iungatur. Nam Christus Matth. 5. non tantum de diuortio, sed etiam de alia ducenda, in vna eademq; sententia loquitur.

Deinde pontificij, conclusionem aliam suo instituto conformiorem adsuunt. Ergo inquit, nulla separatio fieri potest, nisi quò ad mensam & thorum, & non quò ad vinculi coniugalis dissolutionem. Sed hoc monstrum, non potest ex præmissis elici. Vbi verò Christus sic locutus est? Et quid potest dici portentosius, quàm separationem coniugum faciendam, & tamen non debere coniugij separationem fieri. An verò separatio thori, non est vinculi coniugalis dissolutio? Nam Paulus disertè inquit, maritum nõ habere sui corporis

P 3 potestatem

DE CONIUG.

potestatem, sed uxorem, et e contra. Imò si manet vinculum coniugij, aut ipsa, ut loquuntur, substantialia matrimonij, etiam in ipsa separatione quantumvis legitima, sequitur irrefragabiliter, maritum adhuc retinere potestatem debitum postcendi ab uxore, & uxorem vicissim à marito. Qualis igitur est isthac separatio? Non igitur modo stulticia stultissima, sed furor planè furiosissimus pontificiorum, mox in hoc præcipuo ipsorum argumento elucet. Proferunt enim verba, quæ in verbo Dei non extant, neq; cum eo congruunt, et ab omni ratione omnium sanorum hominum aliena sunt. Imò, nullæ gentes sapientes, tam stolidè unquàm locutæ sunt. Sic ex ungula leonem, ex aure longæ, Asinum magnum facile est cognoscere.

3.

Marci 10. Quicumq; dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committet super eam. Etsi uxor dimiserit virum suum, & alij nupsert, mæchatur.

Luca 16. Omnis qui relinquit uxorem suam, & alteram ducit, mæchatur, & qui dimissam à viro ducit, mæchatur.

In

DIVORTIIS.

In his verbis, prorsus nulla exceptio est,
nulla distinctio.

Ergo in ipso diuortio quantumvis legitimo, tamen manet vinculum coniugij, & est separatio tantum, quò ad mensam ac thorum, nec licitum est innocenti atq; absolute parti, uerum cum alia persona matrimonium sancienti.

Respondeo. Est affectata cecitas & malicia. Nam regule scripturæ sacræ, nota sunt, quod scriptura per scripturam declaranda sit. Deinde quod sententiæ habentes distinctionem, reliquis generalibus lucem adferant. Item quod unus Euangelista non habet, id ex alio petendum est. Item, non improbat Euangelista, quod à se omissum, ab alio verò positum est. Cur igitur non vident illæ talpæ, quid luminis Matthæus Apostolus, qui ex ore Christi ipsius oracula immediatè hausit, Marco & Lucæ communicet? Nam disertè addit, EXCEPTA fornicationis causa, ac ne crimineris temeritatem & præcipitiam, bis eandem exceptionem repetit, Matth. 5. 19. verba eius sunt:

DE CONIUG.

Omnis qui dimiserit uxorem suam, EX-
CEPTA fornicationis causa, facit eam mach-
ari, & qui dimissam duxerit, adulterat,
Matth. 5, Item:

Quicumq; dimiserit uxorem suam, NI-
SIOB fornicationem, & aliam duxerit, mach-
atur, & qui dimissam duxerit, machatur.

Sole igitur meridiano lucidius est, Chri-
stum dare potestatem disertis verbis, non so-
lum dimittendi adulteram vel adulterum, sed
etiam aliam vel alium, post legitimam sepa-
rationem ducendi.

Deinde, vnde ista verborum & rerum
portenta: Christus prohibet dimissionem. Er-
go dimisso tantum, quod ad cohabitationem &
thorum facienda? Quis spiritus ista verba, in
Christi sententiam insarcire audeat, quod ad
mensam & thorum? Item Christus in verbis,
quae profert, negat dimissionem admittendam.
Isti vero Antichristi, affirmant dimissionem
concedendam, & insuper thori & mensae se-
parationem ex Acheronte afferunt, qua con-
iuges quidem ipsos, verum non ipsum coniugii
vinculum distrabi contendunt, faciuntq; Ne
intelligendo, vt NIHIL intelligant, si tamen
contra ipsorum insaniam id dicere liceat. Sed
ergent.

Verba

D I V O R T I I S.

Verba Christi sunt strictissime obseruanda.

Sed Christus strictissime inquit, Qui dimiserit uxorem, et aliam duxerit, mœchatur, item Qui dimissam duxerit, adulterat.

Ergo facta dimissione, neutri parti, altera quidē viuente, licitum est matrimonium cum alia persona inire.

Respondeo primum ad Maiorem. Optimum sanè, & saluberrimum in Theologia principium. Sed verba Christi inspicienda sunt in textu, & attendendum, quòd nam illa verba directà sint. Obseruandum præterea, ne aliquid fraudulenter omittatur, vel intrudatur. Nam præstigiatoribus familiare est, aliquando verba pro sese facientia citare, reliqua vero multa, quasi altè leuatis pedibus, transilire, vel etiam inserere nonnulla, quæ eodem non pertinent.

Deinde ad Minorem. Christus ipse causam fornicationis, verbis clarissimis & strictissimis excipit. Paulus verò casum desertionis. Itaq; ludunt pôtificij calunnia diuisionis, perinde vt spiritus malò truncatim allegat scripturam, Christum in deserto tentans. Matth. 4. Hec sunt tam manifesta, vt quasi laqueo istos fures verborum Christi comprehendere, & strangulare videantur. P 5 Nunc

DE CONIUG.

Nunc verò & propositionem specta, ad quam veluti ad scopum, ista verba Domini collimant. *Quaestio mouetur Matth. 19. Libellum ne sit, uxorem suam qualibet ex causa dimittere? Nota autem mihi diligenter, neruum quaestionis in ijs verbis consistere; QV ALIBET EX CAUSA.* Non enim simpliciter quaeritur, vtrum fas sit uxorem dimittere, sed vtrum *QV ALIBET EX CAUSA* dimissio facienda sit? Quid Christus? Planum dat responsum, idq; Negatiuè, Non licet inqt qualibet ob causam uxorem dimittere, ac neruum seu ius matrimonij recitat, qd Deus condidit et coniunxit maritū & vxorē, vt sint vna caro, h. e. indissolubilē vitæ consuetudinem obseruent. Vnde porro ista regulā nascitur, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Huic verò rationi, iterum conclusio seu sententia decisiva accommodatur, & ad scopum illum praefixum dirigitur, *NEQV AQVAM QV ALIBET EX CAUSA* dimittendam uxorem. Inde per consequentiam atexitur: Ergo, qui qualibet ex causa, id est, non tali, qualem Deus ordinauit, dimittit uxorem, aliamq; duxerit, is adulterium perpetrat. Ratio est, quia non fas est, qualibet ex causa dimittere uxorem, & non est legitimum diuortium, quod sit qualibet ex causa, seu non ex causa tali, propter quam vult *DEVS* diuortia fieri.

Cum igitur
uxori,
lij vxor
tollit o
Eadem
itur, q
non suff
Dei, au
dium si
repudi
est, nec
legitimi
cere in
certa.
Si
locis e
libet o
pius e
cum v
lista e
accipe
Eor fa
cy, no
quoq;
licitur
brare
timo

DIVORTIIS.

Cum igitur adhuc sit alligatus maritus priori uxori, nondum facto legitimo diuortio, ideo alij uxori sese iungere non potest. Nam Christus tollit consuetudinem, de pluralitate uxorum. Eadem ratione & alterum membrum adstruitur, qui dimissam qualibet ex causa, hoc est, non sufficienti causa, neq; consistente in iudicio Dei, duxerit, mæchatur. Causa est, quia repudium sine causa sufficienti factum, nullum est repudium. Ergo nexus coniugij adhuc integer est, nec licitum est alterius coniugem nondum legitime separatam, sine adulterij crimine ducere in uxorem. Hæc sunt plana, perspicua, certa.

Si quis verò obstrepat, Matth. 5. alijs in locis eam occasionē non poni, nempe an quam libet ob causam dimittenda sit vxor, sciat, sepius eam questionem à Iudeis agitatam, & cum vno in loco plenius eo res sit ab Euangelista exposita, reliqua etiam loca inde lucem accipere oportere.

Intelligit igitur pius atq; intentus lector facillimè conclusionem argumenti pontificij, non modò violendam, sed insulsissimam quoq; esse, quòd neutri parti post diuortium, licitum sit coniugium cum alia persona celebrare. Nam CHRISTVS de illegitimo repudio, quod nihil iuris, nihil

DE CONIUG.

nihil virium habet, manifestè loquitur. Deinde in exceptione de fornicatione, tum repudium ipsum, tum ductionem alterius persona permittit.

4.

Rom. 7. Lex homini dominatur, quanto tempore viuit.

Nam quæ sub viro est mulier, VIVENTE viro alligata est legi. Si autem MORTUUS fuerit vir eius, soluta est à lege viri.

Igitur VIVENTE viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem Mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.

Ergo inquirunt, quantumvis legitime separatis personis, non est integrum, VIVENTE nocente persona, cum alia matrimonium inire. Ratio est, quia Paulus ait, VIVENTE viro, et tantum post mortem coniugis, iterandum esse coniugium.

Respondeo. Vide quid portenti à portentosis capitibus adsuatur? Paulus de iure matrimonij differit, vbi nulla causa repudij incidit. Nec verba hic facit de repudio legitimo, sed de illegitimo, si quis nimirum nullo facto legitimo repudio, aliam duceret coniugem, is grande scelus

DIVORTIIS.

scelus adulterij committeret, dignusq; esset pu-
blico supplicio. Quomodo igitur ex verbis Pau-
li eliciuntur illa rerum monstra, etiam legiti-
ma facta separatione, nempe iuxta verbum
Dei, ne innocenti quidem liberum esse, aliam
personam sibi legitimo matrimonio iungere, vi-
uente nocente atq; damnata persona? Item Se-
parationem illam legitimam, tantum esse dis-
tractionem quo ad thorum & mensam? Est
igitur non modò ignoratio, sed peruersio quoq;
Elenchi, digna odio & pœnis.

Idem verò iudicium est, de dicto Pauli i.
Corinth. 7. Mulier alligata est legi quanto tem-
pore *VIVIT* vir eius. Quod si dormierit vir ei-
us, liberata est à lege. Cui autem vult nubat,
modò vt in Domino. Lex est de iure matrimo-
nij. De castibus vero diuortij, nihil continet.

5.

I. Corinth. 7. 1. His qui matrimonio iuncti
sunt præcipuo non ego, sed Dominus, vxorem
à viro non discedere.

2. Quod si discesserit, maneat innupta, aut
viro suo reconcilietur.

3. Et vir vxorem non dimittat.

Ergo

DE CONIUG.

Ergo factio legitimo diuortio, non liberum est vlli personae, matrimonium cum alia contrahere, donec quidem altera persona viuit, sintque disuncti saltem thoro & mensa, reliquo coniugij vinculo manente.

Respondeo. Est fallacia secundum non causam vt causam. Nam Paulus primum de iure matrimonij, seu de causa eius formali docet, nempe quod sit indissolubilis vita consociatio. Deinde verò de inordinata ac temeraria discessione loquitur, quae non potest pro legitimo diuortio haberi, atque in eo casu, discedenti quidam, sine causa dirimenti coniugij vinculum, & priuato suo arbitrio, non legitimi iudicij sententia id facienti, hoc est desertrici prohibet matrimonium cum alia persona, scilicet donec illa persona nondum est absoluta legitimo iudicio. Nam paulò post sequitur de absolute personae deserta, Quod si infidelis, inquit, discedat, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater vel soror, in talibus.

Plenum igitur & apertum est, Paulum non de legitimo diuortio, sed de discessione culpabili loqui, ac desertrici penam denunciare. Deinde verò desertam personam, siquidem illam coram legitimo iudicio probatum fuerit, absolute a seruitute, hoc est, vinculo illius coniugij, et factio

DIVORTIIS.

ut facere ei potestatem, cum alia persona legitime contrahendi.

Iniquum igitur, ac distortum est illud pontificiorum iudicium, tam nocentem quam innocentem, pari pena inodari oportere. Inveniuntur quidem pontificij in textu penam deservitricis, ad absolutionem vero innocentis persona, minimè attendunt. Hoc scilicet est, candidè scripturam sacram tractare.

6.

Consuetudo Ecclesie Christi perpetua, retinenda est.

Sed patrum scripta testantur, facta separatione, neutri parti concessam esse libertatem, coniugium cum alia persona contrahendi, donec quidem altera, siue nocens siue innocens, superstes in terris fuerit.

Ergo iam quoque id retinendum est.

Responsio. Maior transeat, siquidem ea consuetudo, verbo Dei est consentanea. Nam alioquin multa, sub eo specioso titulo venditantur, quae ad lydium lapidem verbi divini examinata, probam non sustinent.

Deinde omnibus patribus, merito anteponitur
Christi

DE CONIUG.

Christus, & Apostoli, Christus verò liquidissimè in causa Adulteri, & separandi, & aliam ducendi potestatem sancit. Matth. 5. 19. Paulus verò desertam personam, à seruitute, id est, à iugo seu vinculo coniugij liberam pronunciat, & data libertate, re ipsa concedit. Matrimonium cum alia.

Quod verò ad ipsos Patres attinet, negari non potest, quin hac ipsa in re sententijs varient, id quod vel ex solo Origine satis patet, qui scribit, quosdam Episcopos sua etate, idq; non sine causa, permisisse separatis, vivente priori coniuge, nuptias cum alijs. Ipse verò contrarium sentit, Tractatu 7. in Mattheum.

Ambrosius clarè inquit, viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem. Sed iniurius est in mulieres, quod eis non concedit eadem vri lege: Postea tamen ait: Si infidelis discesserit, liberum habebit arbitrium, si voluerit nubere legis suæ viro, in epistolam. i. Corinth. 7.

Præterea Euangelium non abolet politica, Sed leges Cesareæ quoq; permittunt legitimè separata personæ, aliam sibi iungere.

Occasi-

DIVORTIIS.

7

Occasiones peccatorum praecedenda sunt.

Sed concedere innocenti parti legitime separata, coniugium cum alia, vivente priori, occasionem peccatorum praebet,

Ergo neutri parti aliud Matrimonium est permittendum.

Minor probatur, quia hac data licentia, sepe occulto quodam odio quarerentur causa distractionis.

Respondeo ad Maiorem. Alia dicuntur occasionem peccatorum per se, alia per accidens. Pontificij nonnulli ausi fuerunt Biblica scripta appellare materiam litis. Sed non sunt per se casualis, verum impij abutentes verbo Dei, contentiones movent. Verbum enim Dei, per se est fons pacis.

Ad Minorem. Est fallacia accidentis. Nam per se ea legitima concessio, nemini occasionem peccandi suggerit. Deinde pars rea penis subicitur. Praeterea Magistratus officium est, abutentes legibus honestis, gravi auctoritate & debitis ultionibus retundere, atq; ad disciplinam astringere.

Q

Solutio

Solutis à substantialibus Coniugij, liberum est cum alia persona coniugio copulari.

Sed in legitima separatione, vterq; coniugum à substantialibus coniugij penitus liberatur.

Ergo vtriq; Coniugum, facta separatione hoc est, tam nocenti quam innocenti, aequè liberum est cum alia persona nouū Coniugium iungendi.

Respondeo. Maior falsa est, quia pena nocentis excipitur: Est autem pena nocentis et condemnata partis in legitimo iudicio, ut à matrimonio altero arceatur, in primis vero eò in loco, vbi hactenus vixit. Non est enim eadem conditio, in legitimo iudicio infontis & fontis, neq; decet eos vel iisdem vti priuilegijs, vel etiam simili penæ submitti.

Ad Minorem. Sed innocens, voce iudicis publicaq; auctoritate, accipit licentiam alterum Matrimonium ineundi. Reus verò accipit prohibitionem eadem auctoritate. Vult enim Deus quandam externam disciplinam obseruari, et quandā equitas foret, vt diximus reos & iustos, vel pariter damnare ac punire, vel pariter absolueret ac honorare.

Ergo

DIVORTIIS.

Ergò inferunt: Substantialia Coniugij, non
sunt reuera sublata, si reus non habet potesta-
tem, cum alia nuptias celebrandi. Respondeo,
quod substantialia Coniugij sublata sunt, et simul
pena imposta, ne ista scandala alijs noceant.

9.

Pœnitentiæ non est gremium Concluden-
dum atqui, si innocens alij matrimonio copu-
labitur, innocens verò à matrimonio arcebi-
tur, pœnitentiæ locus non relinquatur.

Ergo neutri parti fiat potestas, aliud ma-
trimonium ingrediendi, altera persona vi-
uente.

Minor probatur, quia non amplius redin-
tegrationi locus esset. Deinde, quia pars rea
continere non posset, vera ad Deum conuersi-
oni incontinentia obflaret.

Respondeo. Est fallacia secundum non cau-
sam vi causam. Nam reus admonetur pœnis,
de seria et matura pœnitentiâ. Sunt enim pœnæ
Magistratum, quasi efficaces voces legis
diuinæ. Deinde, si continere nequeat,
supra Consilium LUTHERI exposui-
mus. Abeat in exilium, ne suo scandalo

Q 2

noceat

DE CONIUG.

noceat alijs, ibiq; pi pastoris consilium, qui conscientia rationem habeat, sequatur. Hac moderatio ijs, qui serid pœnitentia student, sine dubio grata est.

Hæc argumenta volui recensere, ut Amichristi Romani prestigia, ab omnibus conspici ac facile dijudicari possent.

Fines deniq; diuortiorum sunt, ut persona innocentes liberentur, ac legitimo ac publico iudicio, bonaq; conscientia, si id necessitas postulet matrimonium honestum, cum alia persona ineam et colant.

Deinde, ut fontes debita pœna afficiantur.

Tertio, ut inordinata atq; illicita commixtiones, quas Deus serid odit & execrat, vitentur. Vult enim Deus non modo in sua Ecclesia, sed etiam inter gentes, disciplinam & honestatem, tum in alijs vitæ actionibus, tum verò etiam in coniugio & propagatione hominum, obseruari.

DE CAUSA FINALI Coniugij.

Superest, ut quadam de fine Coniugij adiciamus, qui sanè & præstantissimus, & maxime
neces

necessari
ur, nih
Dei oper
sexus in
& vxor
non post
iugij por
l.
procreat
rerum o
mini. &
mami
vniuersi
ram. Ge
tas, ut in
dum nap
simul a
duo sunt
& fons t
Dei m
experien
modo h
& quia
mat. N
hominis
anima c
terna, se
moris est

FINE.

necessarius est. Deus & natura, ut vulgo dicitur, nihil faciunt frustra. Id vero in omnibus Dei operibus, liquidissime videre est. Est autem sexus in genere humano, atq; consociatio mariti & uxoris, in indiuiduam vite consuetudinem, non postremum Dei opus. Sunt autem fines coniugij potissimum isti:

I. Propagatio generis humani, seu liberorū procreatio honesta & legitima. Sic enim creator rerum omnium inquit: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris & volatilibus cæli, & universis animantibus, quæ mouentur super terram. Gen. x. Est igitur hæc Dei creatoris voluntas, ut in coniugio plurimi homines, in hunc mundum nascantur. Angeli quidem quotquot sunt, simul à Deo conditi sunt. Sed hominum tantum duo sunt initio à Deo facti, q; essent seminarium, & fons totius generis humani. Delectari autem Deū multitudine hominum, quotidiana restatur experientia. Nam Deus adhuc hodie, mirando modo homines ex hominibus, in coniugio creat, & quidem virumq; sexum pro suo iudicio format. Neq; est ullius animalis creatio mirabilior, hominis in utero materno formatione. Nam ibi anima corpori unitur, & non modo anima est æterna, sed etiam corpus. Est enim iam corpus morti est obnoxium propter peccatum, tamen ex-

pulueribus terræ ad tubam Christi iterum prohibet, atq; vnitum animæ viuet in æternum. Deinde ratio in homine, vox articulata, et similia multa, præstatiã hominis commēdat. Vult etiã Deus, ex Matrimonio, veluti ex vna radice enasci tres Hierarchias in mundo, quibus Deus in primis delectatur, nempe statum economicũ, statum Magistratum, & statũ Ecclesiasticũ vti vulgo nominantur. Deleto. n. Coniugio ista Hierarchia in mũdo cõsistere nequeit, quò maiori odio Antichristi Romanus dignus est, qui horribiliter istam Dei ordinationem deformauit, vt suo loco dicendum est.

II Vitatio promiscuarum & vagarum libidinum, quas Deus verbo suo seuerè prohibuit, ac punit, ac puniturus est, tum temporalibus tum æternis pœnis, in omnibus non agentibus penitentiam. Grauißimum extat dictum I. Corint. 7. Ad vitandam fornicationem, vnus quisq; vxorem suam habeat, et vnaqueq; virum suum habeat. Equidem Deus initio affectus coniugales ita hominum pectoribus iniecit, vt essent ordinati, nihilq; turpe in eis apparet. Sed ista tetra flamma libidinis, & pruritus carnis, qui nunc in hominis natura sentiuntur sunt à peccato. Nam Diabolus tam horribiliter naturam humanam peruertit, atq; fœda immundicia,

mundicia, veluti veneno persudit atq; reple-
 nit. Est enim ipse quoq; spiritus immundus.
 Cum igitur tanta sit carnis humana imbecilli-
 tas & malicia, Deus vult omnes, qui non sunt
 castitatis dono ornati, in Coniugio viuere, ne
 sint diaboli organa, ne sua & aliorum corpora
 & conscientias polluant, & ne graues penas
 sibi, alijsq; attrahant. Hebre. 13. scriptum est
 Coniugium sit honoratum, et thorus sit impol-
 lutus, Fornicatores enim et adulteros, iudica-
 bit Dominus. Ex his verbis Paphnutius egre-
 gius dixit, Consuetudinem conjugalem esse casti-
 tatem, id est, rem Deo non displicentem. Au-
 gustinus inquit, Matrimonium esse remedium.
 27. quest. cap. 1. Hac autem vox ex pauli ver-
 bis sumpta videtur, Melius est nubere quam
 vi. Hoc igitur redemium, diuinitus concessu
 repudiantes, et vages libidinibus sese contami-
 nantes, propiciam Deum, fidem, & salutem
 retinere non possunt. Pellitur enim Spiritus
 sanctus, & impeditur omnis inuocatio.

III. Ecclesie Dei multiplicatio. Vult enim
 Deus ex genere humano, per verbum et Sacra-
 menta, sibi caelum hominum colligere, quem
 sanctificet, et a quo tum in hac vita recte cola-
 tur, tum in aeterna quoq; glorificetur. Si homi-
 nes sua illam primenam integritate retinisset,

DE CONIUG.

ista quidem omnia fuissent illustriora, & pulchriora. Fuissent enim homines, purissima & splendidissima templa, & specula ipsius Dei, fulgentia mera iusticia, mera sanctitate, mera obedientia. Omnes affectus fuissent recti, cultus Dei sine omni furo, cogitationes & actiones ordinatae. Iam vero postquam astu & poena Diaboli, genus humanum miserabiliter perditum est, quamquam mortaliū vllis verbis exponere possit, innumerabilis quidem hominum multitudo, manet in peccatis & exilio, id quod horrendum est. Immensa tamen bonitate, Deus vult homines ex coniugio procreari, & ex illis sibi aliquam hominum frequentiam congregat atq; sanctificat, qui Deum recte cognoscunt, adorant, colunt, & sunt heredes vitae aeternae.

Parentum igitur officium est, non modo nutritionem liberis prestare, sed omnium maxime operam dare, ut ad omnem pietatem assuefiant, Deoq; cultores, ut ille sapiens ethnicus dixit, post se relinquunt. Hanc ob causam Paulus inquit Ephe. 6. parentum esse, ut liberos suos in disciplina & correptione Domini educant. Suauissima vox Christi est, sinite pueros ad me venire, talium enim est regnum caelorum. In veteri testamento ritus de primogenitis Deo & offerendis & consecrandis, idem representant & monuit,

FINE.

monuit, ad Ecclesiam nimirum liberos à paren-
tibus deportandos esse.

III. Oeconomia administratio, & mutua of-
ficia in tota hominis vita. Tali enim modo ho-
mines sunt conditi, ut sine Oeconomia vita ipso-
rum conservari nequeat. Latronum & vagan-
tium hominum, nulla sunt Oeconomia, ideo ab
omnibus sanis, non pro hominibus, sed pro bestijs,
feris, ac ponderibus terra inutilibus reputantur.
Oeconomia autem, non potest vel per mares so-
los, vel per feminas solas, commodè & vtiliter
administrari. Sunt enim quadam opera Oeco-
nomica, maribus potissimum competenti, ut co-
lere agros, exercere mercaturam, extruere do-
mos, bella gerere, ius dicere in causis perplexis,
& similia. Sunt etiam alia, quæ feminis conue-
niunt, ut coquere, nere, fila trahere, mulgere, ca-
seos & butyrum parare, lectos sternere, liberos
pectere & ornare, & alia plura. Ad mutuum
igitur auxilium in victu parando, ac reb. partis
asseruandis, rectèq; collocandis, coniugium est per
necessarium & vtile. Item ad officia mutua, in
omni vita, præstanda, præsertim in rebus aduer-
sis, coniugium pernecessarium est, nimirum ut se
in vita illa Oeconomica coniuges mutuis consi-
lijs, admonitionibus, institutionibus iuvent, simul
Deum innocenti, in agrotationib. se inuicem cu-
rent.

DE CONIUG.

rent, deniq; vthæreditates etiam certis heredi-
b9 relinquuntur, id quod ex ipsa lege natu-
gentes quoq; spectarunt.

V. *Vt sit typus vnionis, societatis, & com-
munionis bonorum cum Christo. Deus enim
ipse suam Ecclesiam vocat sponsam, se verò
sponsum, vt Osee 2. Desponsabo te mihi in se-
piternum, Desponsabo te mihi in iusticia & in
iudicio, et in misericordia, et in miserationib9.
Et desponsabo te mihi in fide, & cognosces do-
minum. Item Ephe. 5. Mysterium inquit hoc
magnum est. Recitat autem illa capita typi:*

1. *Vir est caput mulieris, sic & Christus est
Ecclesie caput.*

2. *Vir diligit vxorem, sic et Christus diligit
Ecclesiam.*

3. *Vir ornat vxorem, sic Christus sanctifi-
cat & mundat Ecclesiam.*

4. *Viri corpus est vxor. Sunt enim vna
caro. Sic & Ecclesia est corpus Christi, de car-
ne & ossibus eius.*

5. *Vir & vxor indissolubili vinculo sunt li-
gati, vt sibi inuicem adhæreant. Sic et Christus*
cum

FINE.

cum sua Ecclesia est colligatus, vt sibi inuicem
adhereant in perpetuum.

Corporis itaq; bonorum & honorum, sit
vnio in Coniugio. Sape igitur ex illa dulcissima
copulatione, occasionem petamus cogitandi de
amore Christi sponsi erga nos de bonis que no-
bis peperit ac donauit, de honore, quem in
aterna vita ab ipso habebimus, ac vicissim nos
commonefaciamus de officijs huic sponso de-
bitis, vt agnitionem, amorem, reuerentiam,
fidem, confessionem, constantiam, odium ho-
stium Christi, desiderium ad ipsum in caelestem
vitam perueniendi.

CONTRARIA.

Esse a storgon, abhorrere à liberis, eamq;
ob causam vitare coniugium. Tales autem ho-
mines indigni sunt, qui ab hominibus nati sint.
Deinadè bellum gerunt cum D E O, qui vult
homines in coniugio viuere, vt homines pro-
creentur. Tertio bellum inferunt naturæ, sic
enim conditi sunt homines, vt in coniugio vi-
uant. Quarto sunt hostes generis humani iu-
dicandi, quia nullos homines, quod ad se
quidem attinet, post se relinquere cogitant.
Quinto,

DE CONIVG.

Quintò, sunt infideles, quia Deo non habent fidem, quod vel possit vel velit eos enutrire. Sexto, sunt alijs standalo. Ideo ex communi hominum societate pellendi erant.

Castitatis leges imponere, ac miseros homines ad eas obligare, quas neq, animo, neq, corpore servare possunt. Sic Antichristus Romanus omnes Ecclesiasticos, omnes monachos ac moniales lege diabolica, ut paulus x. Timot. 4. nominat, ad castitatem impossibilem, contra ius Dei, naturae, ac humanum obstringit. De coelibatu autem postea, in compositis quadam addemus.

Illicitis modis pruritus carnis satisfacere, ut fornicationibus, Italicis, ac Monialium peccatis, à quibus abhorret oratio. Facius enecare, & similia.

Non spectare Ecclesiae multiplicationem, hoc est, liberos non adsuescere ad pietatem. Non adferre infantes ad Baptismum, more Anabaptistarum, vel alioqui eos negligere, ut in omni genere scelerum adolescant, & fiant impij sicut parentes, inde vulgo dici solet. niger cornus, niger pulvis, Item tantum ad fraudes & artes pecuniarias, liberos instituere, neglecto Catechismo.

Oecon-

FINE.

Oeconomiam nullam observare, & res suas à parentibus acceptas, potationibus ac scortationibus dissipare, id quod plurimis Acolastis passim usu venit. Iam verò interest reipublica, ne facultates inutiliter decoquantur, ideo non debeant ad eiusmodi scelera committere.

Carnalibus rebus ita oppressum atq; submersum esse, ut non veniat in mentem pulcherrimus & suavissimus typus unionis Ecclesie & Christi. Caelibes quidem in regno Antichristi, eum typum re ipsa, ad est, suis legis & vocis irrium faciunt.

Tantum hominum procreationem vrgere, ut homines plurimi nascantur, qui in praelys cruentis obijci queant, sicut in Moscovica & Turcia fieri solet, quam quidem ad rem, etiam Polygamia, in illis locis permittitur.

DE COMPOSITIS.

Iam nonnulla sunt adiungenda, qua in superioribus capitibus vitanda prolixitatis gratia, commode tractari non potuerunt, quaeq; inde sua fundamenta trahunt.

DE

DE CONIUG.
DE DIGNITATE ET
HONORE CONIUGII.

Multa sunt insignes dignitates & honores coniugij, quæ p̄s mentibus sint in conspectu.

1. Singularem diuinam deliberationem, eaq; reuelatam & literis mandata, condita est vitæ societas ex costa viri. Nobilissimam igitur coniugium habet originem, utpote ex ipso Deo immediate, & quidem sapientia omnium sapientissima. Monachorum autem cohabitationes, qui veluti fuci in alueos, & gurgulliones in granaria concurrunt, non sunt à Deo inventæ & constitutæ.

2. Dexterâ etiam sua Maiestas diuina ipsamet, duos istos homines in coniugium consociavit atq; copulavit, ut essent per omnem vitam vna caro.

3. Ante lapsum, in ipso integritatis statu, coniugium à Deo inventum & constitutum est. Primus igitur in mundo status, quem sancit Deus, est coniugium. Non enim Monachum, non Monachalem, Deus in mundi initio condidit, sed maritum & feminam, quos etiam ipse iuge communi & suavi includit.

4. Totus

DIGNITATE.

4. Totus mundus cum omnibus creaturis, est destinatus necessitati & vsui coniugij, cæli, nimirum, elementa, animalia, & omnia in terris & aquis nascentia. Etsi autem illa seruitus creaturarum ad Coniugium hominum in statu integritatis multò fuit illustrior, tamè in hoc nostræ corruptionis statu, adhuc cælum & elementa, & pleræq; creaturæ ipsi Coniugio famulantur, licet aliqua reatus signa, in maledictione terræ, animantium feritate, in clementia Elementorum, et cæli horrendo aspectu, simul Deus velit extare. Non igitur propter Monachos aut Moniales, adhuc durat mundus vsq; ad nouissimum diem, sed propter Coniuges. Quando enim vltimus homo in hunc mundum prodierit, mox ista mundi machina suam habebit finem.

5. In Decalogo Coniugium habet primum post Deum gradum. Prima enim lex secundæ tabulæ est, Honora patrem & matrem, Non principum, non regum, non cesarum status nominatur, sed parentum, vt scilicet ipsorum auctoritas & honor extaret. Ideo autem Magistratum status, ad hoc præceptum refertur, quia Magistratus seruit Coniugio legibus civilibus, iusticia, pace, vindicta grassatorum & facinorosorum.

Postea

DE CONIUG.

Postea verò vniuersa secunda tabula, ad defensionem & conseruationem Coniugij est destinata. Nam:

Quintum preceptum pacem corporalem, & tranquillitatem sancit, ne violentia, larocinijs aut homicidijs, vel parentes vel liberi damnum aliquod in corporibus suis accipiant.

Sextum preceptum pollutiones corporum prohibet, ut quilibet suum reuerenter seruet coniugium & alterius coniugem non violet, id est, sancitur honestas & castitas, tum virginalis tum coniugalis.

Septimum facultates inuinit, & proprietates rerum distinguit, ne cuiuslibet fas sit, in aliorum opes, magno sudore & labore partas, volare, neque turbentur Oeconomia.

Octauum iudicia firmat, & neruum contractuum corroborat, nempe veritatem. Quid enim in iudicijs aut contractibus rectè fieri potest, dempta veritate? Mendacia enim impediunt, & turbant contractus, & iudicia, quae etiam ad Oeconomiam, vitamq; coniugalem spectant.

Nonum & decimum, iterum domos, coniuges, seruos, ancillas, facultates, & omnia ad Oeconomiam

DIGNITATE.

onomiam Coniugum pertinentia, quasi septo
quodam mununt, ita quidem, ut non modo ex-
ternis factis, sed etiam ne interioribus quidem
affectibus aut concupiscentijs, vis aut iniuria ul-
la Coniugali vita inferatur.

Quod igitur Deus seuerissime minatur,
se puniendum in tertiam & quartam generatio-
nem omnes, ista precepta violantes, id non modo
ad primam, sed etiam ad secundam tabulam,
hoc est, ad Coniugum vitam & Oeconomiam
referendum est.

Singulare itaq; & eximium decus Coniu-
gij est, quod in ipso Decalogo, tanti à Deo sunt
Coniuges, ut tota secunda tabula ipsis sit attri-
buita.

6. Coniugium est fons & seminarium, tri-
um in mundo Hierarchiarum, sine quibus vita
humana consistere nequit. Nam inde Oeconomi,
Magistratus, & Ecclesie doctores nascun-
tur. Sublato enim coniugio, nulli amplius erunt
Oeconomi, nulli Magistratus, nulli Ecclesie,
doctores, imò nulla Ecclesia. Fontem igitur isto-
rum statuum, obstruit insanus ille & astorgos
& antichristus Romanus, quando suis sacratis,
publico decreto interdicit Coniugium, ac finit eos
igne carnis, & igne inferni miserrime exoruci-
ari atq;

R

DE CONIUG.

ari atq; comburi. Rectissime igitur spiritus Dei per S. Paulum, prohibitionem Coniugij vocat doctrinam Daemoniorum. 1. Timoth. 4. Nam Antichristus, est incarnatus Diabolus, seu soboles Diaboli:

7. Ipse unigenitus Dei filius, dignatus est homo nasci ex homine, idq; tali pacto, ut Maria esset desponsata Ioseph, voceturq; ob eam ipsam desponsationem, coniunx Ioseph. Matth. 1. Hac quoq; in honorem Coniugij acciderunt, licet sine Coniugali mixtione, conceptus & natus sit Christus.

8. Auspicans suum saluiferum munus, Saluator mundi, non alibi suam gloriam manifestare, miraculaq; omnium summa inchoari voluit, quam in nuptijs, ubi duo homines Matrimonio iuncti erant. Imo ipsum Coniugium ornat & iuuat, miraculosa vini donatione. Maximus igitur honor ipsi Coniugio obigit, quod ipsemet creator hominum, totiusq; matris mundi, homo factus, & homines redempturus, nuptijs interest, ut coniuua omnium dignissimus & beneficentissimus. Nuga porro sunt & prestigia mere, à Diabolo suggesta, quod posterior aetas sinxit, has nuptias fuisse Iohannis Evangelista, easq; mox à Coniugio, priusquam
coniug.

DIGNITATE.

conjugaliter cohabitarent sponsus & sponsa, vobis
castitatis portentoso ruptas ac dissolutas esse.

Huc pertinet, quod Christus tanto amore
pueros complectitur, & iubet eos ad se venire,
imò proponit eos exemplum nostræ coram Deo
iustificationis.

9. Christus Dei filius, ministros verbi Dei
in suum collegium admissens, è Coniugibus potif-
ficium delegit. Discretè enim socrus Petri sit
mentio. Et ne quis *μίσος* *ἄλλοθεν*, supersticiosa
sanctitate, ac Diabolica mentiendi libertate nu-
getur, ante vocationem ipsos fuisse Coniuges, po-
stea verò uxores repudiasse & neglexisse, audiat
Paulum in *x. ad Corinth.* 9. Sic scribentem:
Nanquid non habemus potestatem, sororem mu-
lierulam circumducendi, sicut & ceteri A-
POSTOLI, & fratres Domini, & Cephas?

10. Postremò, Coniugium nobis in omnibus
animantibus proponitur, & voluit Deus bina,
id est, viriusq; sexus animalia in arca conserva-
re. Imò non Monasticam vitam inter homines
in arca sustentavit, sed Coniugium quatuor pa-
rium, eisq; totum mundum post diluuium attri-
buit. Imò etiam in arboribus & herbis, quasi di-
stinctiones sexuum observantur.

DE CONIUG.

Ista sepius in Ecclesia Christi expendenda sunt, ut omnes mortales, discant reuerenter de Coniugio sentire & loqui, statuantq; Deum magis Coniugum honesta vita delectari, quam omnium Monachorum conficta & falsa castitate, qui quidem & mente, & corpore sunt impurissimi. Vix enim e multis millibus vnus donum castitatis, ut illud quidem sacra litera desinunt, habet.

QVOD IN HOC VI
TAE GENERE, QVILL
bet, Angelicam castitatem ser
uare non valens, bona con
scientia viuere, Deoq;
seruire queat.

Rationes.

Vsitatissima in regno papistico, hoc est Antichristi Romani, persuasio fuit, Coniugium tale vite genus esse, in quo homines difficillime Deo seruire, aut saluari possint. Namq; in Coniugio curam rerum corporalium, omnem penit sollicitudinem rerum spiritualium impedire atq; extinguere. Allegate sunt sententia ex Paulo, omissis vel extenuatis illis que coharent: Ut, qui sine

SANCTITATE.

sine uxore est, curat quæ Domini sunt, quomodo Domino placeat. Qui autem cum uxore est, curat, quæ sunt mundi, quomodo uxori placeat. Item. Beatior est, si sic permanserit secundum meum consilium. Item. Afflictionem carnis habent tales. x. Corinth. 7.

Hinc factum est, ut quod Paulus permittit liberum, imò quod de eis dicit, qui peculiari dono castitatis præditi sunt, ipsi ad omnes sine discrimine donorum retulerunt, ac decreta adiderunt, ut omnes ab ipsis sacriati, à Coniugio sub pena condemnationis, & politici etiam supplicij, abstineant.

Exinde vita Monastica, plaris facta est coniugio honesto, adeoquam crevit atq. inualuit doctrina Demoniorum, id est, prohibitio Coniugij x. Timot. 4. atq. hypocritica castitas, ut sepe Coniuges, plane de vita sua puritate atq. omni pietate in ea exercenda desperantes, etiam liberis dulcissimis procreatis, spontaneo facto divorcio, contra legem Dei, Quod Deus coniunxit, homo non separet, separatim, alter coniugum in hoc, alter vero in aliud Monasterium religionis ac salutis ergo, seu ut Christam ibi quaererent, contra præmonitionem Christi Matt. 24. sese abdiderint, eamq. rem tam nefariam Antichristus Romanus in suis decretis approba-

R 3 iii, vi

DE CONIUG.

sit, ut nimirum suam propriam notam, quam
ei Daniel, Paulus & Petrus inurunt, nempe
contemptum mulierum, palam & euidenter
proderet.

Quapropter ex verbo Dei, solent argu-
menta colligenda sunt, ex quibus manifeste appa-
reat, Coniugium esse sanctissimum vite genus,
quo Deus in primis delectetur, & in quo sunt
multo plura exercitia fidei & inuocationis, plu-
resq; occasiones Deo vere seruiendi, quam in vi-
lo papistico Monasterio, aut sacerdotio.

I. Ex causa efficiente.

Quia Deus ipse, & condidit & insinuit
Coniugium, & in Decalogo id vite genus, tota
secunda tabula communiuit. Ergo omnia Coni-
ugij opera, ut sunt liberorum procreatio, educa-
tio, Oeconomia administratio, victum iuxta
vocationem quarere, ipsi Deo summopere pla-
cent. Nam verbum Dei, ea opera omnia exi-
gens & probans, luculemter in sacris Biblijs ex-
tat. At Monastica vita, cum omnibus suis ope-
ribus, neq; mandata neq; approbata, imò liqui-
dissime prohibita est a Christo Matth. 23. Tunc
inquit, si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus
est illic: nolite credere. Surgent pseudochristi
& pseu-

SANCTITATE.

& pseudopropheta, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam cœli. Ecce prædixi vobis.

Si ergo dixerim vobis: Ecce hic in deserto est (audi de heremitis) nolite exire. Ecce in cellis (audi de Monachis cellicolis) nolite credere. Ergo omnia monachorum opera Deo displicent, quia sunt prohibita. Sed inquis. Num tu omnes monachos damnas? Respondeo. Christus eos tanquam pseudochristos & pseudoprophetas taxat & damnat, cum si libet accusa. Si quis vero inter eos fuit, qui superstitionibus illis agnitis atq; repudiatis, tota fide se Christo dicavit, ut Bernhardus quæritur in agone, se perditè vixisse, non impedit, quò minus in exceptionem reponatur. Sed novem vbi sum?

II. A Materiali.

Adhuc hodiè Deus in mundo creat homines eosq; non mares solum, neq; femellas solum, sed utriusq; sexus homines. Durat enim consilium ac decretum Dei, Non est bonum homini esse solum. Ergo Deus homines natura ad Coniugium condit, non ad solitariam vitam, ac vult eos in Coniugio vivere. Ergo & omnia Coniugij opera, hoc est, ad Coniugium verè pertinentia, Deo

R. A.

Deo

DE CONIUG.

gia, Deo probantur, id est, sunt cultus Dei, quibus delectatur. Non igitur sunt opera vana solitaria, ab hominibus excogitata & instituta, Deo grata, iuxta illud, Frustra colunt me mandatis hominum. Imò Monachi illi spontanei, peculiari dono castitatis non praediti, sunt & ipsi ex hoc, hoc est, cum Deo & ipsa hominum natura belligerantes. Insuper Gygantum more, Deum in caelis, suo ipsius exitio, expugnare conantur.

III. A formali.

Dilectio proximi, ordinata & debita lege divina, est praecipua a Deo, & universumq; horum virtutum, ac bonorum operum Deo placitum complectitur.

Ad coniugium est dilectio proximi, Deo teste, qui totam secundam Decalogi tabulam, destinatam coniugio, & non Monasticae vitae, hoc verbo comprehendit: Diligas proximum tuum sicut teipsum. Primum enim ipsi Coniuges mutuo amore, mutuisq; officijs iunguntur, ut sibi invicem per omnem vitam serviant in vitiis, in tolerandis ac leniendis communibus huius vitae miserijs, in egritudinibus, alijsq; casibus. Deinde Coniuges liberos diligunt, sine qua quidem dilectione, nullus infans educari posset, nullaq; fieret

SANCTITATE.

feret hominum propagatio. In coniugio deniq;
familia, vicinis, & pauperibus, plurimum be-
neficiorum, seu dilectionis exhibetur.

Christus ipse, comparat unionem atq; dile-
ctionem mutuam, qua inter se & Ecclesiam est,
non caelib, non Monastica vite, Sed Coniugio.
Ergo Coniugium eiusq; opera omnia, modo in fi-
desiant, ipsi Deo grata sunt. Monastica vero o-
pera, non sunt eiusmodi.

IIII.

Ex eodem fonte, & ista ratio scaturit. Ibi
Deo proximq; plus sine omni dubitatione inser-
uitur, ubi plurima sunt exercitia fidei, pluri-
maq; honorum operum obiecta.

Sed Coniugium reuera est Schola, tem-
plum, & Ecclesia fidei. Nam in eo vita genere
Oeconomia instituenda est, ad quam plures re-
quiruntur persona, qua quidem & villu copiosi-
ori indigent. Ibi igitur inopia sentitur, morbi
casusq; plurimi incidunt. In ea igitur domestica
Ecclesia, crux quod dicitur, serid orare docet,
& orant non mas solus, sed foemina, sed liberi,
sed serui, sed ancilla simul, non labijs tantu hypo-
crite ut Monachi, verum toto pectore, non se-
mel sed

R 5 mel sed

DE CONIVG.

mel sed quotidie, quia indies diuino auxilio & benedictione in corporibus, in facultatibus, in pace, alijsq; rebus opus habent. Ibi igitur pacientia in rebus aduersis quam plurimis addiscitur, ibi dilectio erga aegros, infirmos, pauperes, tam intra domum quam extra eam, inter vicinos aut peregrinos exercenda est. Ibi parentes, a teneris in Catechismo erudiunt liberos, docent eos de vera Dei agnitione, de precatione, eosq; sic imbutos fundamentis doctrinae Christianae, postea in templa deducunt. Non enim in templis pleriq; homines Decalogum, Symbolum Apostolorum, orationem Dominicam, verba Baptismi, & Cene Dominicae primum addiscunt, sed domi a matre pia aut parente, prius illa prima capita doctrinae Christianae hauriunt. Ibi enim ad mensam, & a cibo, & quando eum cubitum, aut surgunt mane, liberi, & parentes, & familias, suas quasi horas Canonicas orant, recitantes lingua vernacula preces, quas intelligunt, aut cantantes Psalmum alacri pectore & voce, quae quidem exercitia longe Deo acceptiora sunt, quam omnia Monachorum murmura, quibus peregrina voce, mente, vel peregrinante, vel non intelligente neq; attendente, neq; Deum honorant, neq; sibi alijsue commodo sunt. Nam Christus, perspicue eam gentilem bastologiam

damna

SANCTITATE.

damnat. *Matth. 6.* Præterea Dei benigna & benefica præsentia, in dandis omnis generis bonis, in victu, in defensione, in auerendis aut mitigandis malis, ibi creberrime cernitur: unde læta ac serua gratiarum actiones nascuntur. Monachi autem, dum aliena quadra viuunt, opum abundantia affluunt, potentum umbra fruuntur, non degustant communes vite miseras, securos animos gerunt, nec seruo afficiuntur ullis rebus, ideo nec seruo Deum inuocant aut celebrant, & tantum in opus operatum sunt inuenti, quo confecto, hypocrisis persuasione insidiosa crepant. *Luc. 18.*

V. Ex causa finali.

Multiplicatio generis humani modo ordinato, est opus à Deo mandatum, & benedictum. Genes. 1. Sed Coniugium ei rei seruit, iuxta institutionem diuinam, ideo omnia opera Coniugio propria, & in fide facta, Deo seruiunt.

Monastica autem vita, defraudat ipsum Deum isto fine hominum. Corrugent hic frontem, longosq; nasos monachi, contraq; Deum ramos sonoros ducant, ut libet, veritas tamen dicenda est.

Deinde

DE CONIUG.

Deinde Coniugium est remedium infirmitatis humana, & facit, ut malis cogitationibus, seu impura conscientia minus impeditur. Deum recte inuocemus & colamus. Nam & abstinere possunt docente Paulo, ad breue tempus Coniuges, ut ieiunio & orationi vacent, & rursum conuenire, ne Satanas eos teneat. 1. Corinth. 7.

At Monachi & coelibes, expertes diuinitatis, tenent Deum, perpetuis incendijs libidinum interiorum, veluti fornaces calcariae ardentes, polluunt sua corpora varijs modis. Ergo nequeunt Deum puro corde inuocare aut colere. Vanissima autem & irrisissima sunt illa iactantia, quod orationibus, quod repressionibus cogitationum, & laborum exercitijs, illum impunitatis ignem possint restinguere. Non enim abs re dictum est: Naturam expellas furca, tamen usque recurret. Præterea, otium, solitudo, melancholia, id genus hominum, quod in claustris degit, perpetuo vexat, dominanturque cogitationes, qua quiescere nequeunt. Sacerdotum uero turba, qua uoto impossibilis castitatis adstricta est, quam miserè suam illam putatiuam castitatem tuteatur, minime obscurum est toto terrarum orbe, nec dubium est, ob solam illam fornicationem, plerosque Papas, Cardinales, Episcopos, Canon-

SANCTITATE.

nonicos, sacrificulos, Moniales, Nonnas, in inferno in perpetuum arsuras. Quanto igitur satius est, ipsos more Levitarum, & Apostolorum, & priscorum sacerdotum, uxores habere honestas, bona cum conscientia quam in hac momentanea vita, igne carnis torrerent, simulq; in altera perpetua vita, igne inferni torqueri in æternum. Non igitur temerè spiritus sanctus eam vocem dictavit, prohibitionem Coniugij religionis ergò, esse doctrinam Damoniorum. x. Timoth. 4. Et tamen pontificia turba suum de cœlibatu impuro commemum placet. Vadant igitur vias suas rectè ad infernum, quia tramitem iusticie, tam furiose scientes & volentes aspernantur.

Tertiò. Quicquid ad Ecclesia Dei multiplicationem pertinet, id est bonum opus. Sed ex coniugio Christianorum, crescit Ecclesia Dei, non ex Monastico aut cœlibe pontificis statu. Ergo omnia opera Coniugij, iuxta ordinationem & verbum Dei facta, Deo placent.

Minor probatur, quia liberi Christianorum coniugum, Christo adferuntur, & regenerantur in Baptismo, in domibus discunt Catechismum, orant, canunt Psalmos pios. Ex hac pietatis schola, piè recteq; educati homines, ad Oeconomi-

DE CONIUG.

Oeconomias & politicam gubernationem praegredimur, qui quidem plus verorum bonorum praestant, hoc est, magis Deo seruiunt, quem omnes Monachi toto regno pontificio. Ratio est, quia vera fide faciunt opera mandata à Deo. Sed Monachorum opera, nec sunt à Deo precepta, nec sunt in fide.

Falsum igitur est, peruulgatum, illud in regno pontificio dictum, Caelibatum replere caelum, Coniugium vero terram. Imò omnino inuertendum est hoc dictum, nempe hoc modo: Coniugium in Ecclesia Dei, caelum, caelibatum vero pontificium, ipsum in seruum replere. Demonstratio autem eius rei euentissima est, quia prohibitio Coniugij, est doctrina Demoniorum. 1. Timot. 4. Sed caelibes in regno pontificio, prohibitione coniugij adstricti sunt. Ergo.

Sed obgannis: Coniugium per se non facit Christianum, aut heredem vitae aeternae? Respondeo. Vile sapientiam? Neq, verò nos istud assueueramus. Sed istum arietem in te adigimus, quod nimirum Coniugium sui vite genus à Deo ordinatum, & quod opera Coniugio propria, Deo placeant, & quod meliori conscientia possint Coniuges per Deo & proximo seruire, quàm omnes pontificij Monachi.

Quar-

CAVSIS.

Quarid, cœlibes pontificij, non ordinatū
diuinitus castitatis dono, typo societatis & unio-
nis, Ecclesie sponsa & Christi sponsi, re ipsa ne-
sariēq, sese priuant. Nam in Coniugum, non in
Monachorum vita, istam unionem Deus a-
dumbrauit. Ose. 2. Ephe. 5.

Est igitur hac doctrina, illustris & immo-
ta demonstratio ex verbo Dei, quemlibet non
praditum peculiari castitatis dono, & posse &
debere in Coniugio bona conscientia viuere,
Deoq, seruire, & in eo vita genere, si modo agat
penitentiam, posse saluum fieri, non quidem per
Coniugium; sed per fidem in Christum.

CAVSÆ INVITANTES AD CONIUGIUM.

Sint igitur & rationes in conspectu, qui-
bus utile est homines ad amandum & ample-
ctendum Coniugium exiimulari, tum à parenti-
bus, tutoribus, cognatis, amicis, tum à Docto-
ribus Ecclesie Christi.

1. Consilium Dei. Non est bonum inquit
homini, esse solum. Audis hic ipsi Deo improba-
ri cœlibatum, & Monachatum. Et hac quidem
Deus proculis, ante lapsum. Iam verò post hor-
rendam

rendam illam deprauationem hominum, multo
peius est homini, esse solum. Non igitur existi-
mes, te esse sapientiore[m] ipso Deo, creatore ho-
minum.

2. Creatio, & institutio, & mandatum
Dei. Erunt duo, inquit, in carnem unam Ge-
ne. 2. Matth. 19. Non igitur est res libera inire
coniugium, vel non. Sed Deus te fecit masculum
aut feminam, non Eunuchum. Ergo creationi
diuina obtemperes, non repugnes ipsi natura. Ac
si non obtemperas mandato diuino, grauissime
peccas.

3. Libidines interiores & exteriores, sine
legitimo Coniugio, Deus improbat, odii &
damnat, in omnibus impeniensibus. Ergo Con-
iugium expetendum est. x. Corinth. 7. Propter
fornicationem unusquisq[ue], uxorem suam habeat,
& unaquaq[ue], suum virum habeat. Audi hic
mandatum Dei. x. Corinth. 6. Noli errare,
neq[ue] fornicari, neq[ue] idolis seruientes, neq[ue] adulte-
ri, neq[ue] molles, neq[ue] masculorum concubitores.
&c. regnum Dei possidebunt.

4. Periculis sese sua sponte obicere, pecca-
tum est. Scriptum est enim. Non tentabis Do-
minum Deum tuum. Sed qui vel omnino vi-
tanti

C A V S I S.

iant, vel nimis diu differunt Coniugia, se periculosis corporis & anima exponunt. Corporis quidem, quia impuri estus cordis, valetudinem laedunt, & contaminationes extra Coniugium, morbosq; feudos gignunt: Anima vero, quia immundities illa interior & exterior, impedit invocationem, salutarem Testamenti usum, & plurima vera pietatis exercitia.

5. Scandala vitanda sunt. Sed coelebs, qui non habet donum castitatis, absq; scandalo vivere non potest. Nam gestibus & factis peccat. Itaq; v. e. illud in se derivat, de quo Christus gravissimè inquit, V. e. homini, per quem venit scandalum. Matth. 18.

6. Excludere sese à benedictione Dei, impium & exitiosum est. Sed coniugibus Deus, & verbo & rebus ipsis affatim benedicit, tum spiritualiter tum corporaliter in Ecclesia sua. Gene. 1. & in Psalmo 128. dicitur, Beatus es, & bene tibi erit. Ergo maledictio incumbit eis, qui cum non sint donati castitate pura, à Coniugio abstinent. Id vero rerum testis experientia, in quotidianis exemplis luculenter probat, plurimi homines tenues & egeni, in Coniugio ad honores & opes, benedicente Domino assurgunt. Multi vero divites, à Coniugio abhorrentes, & honoribus & v. p. exuuntur, Domino maledicente.

§ 7. Officià

7. Officina pietatis & virtutum, non sum scienda, Sed Coniugium Christianorum, est scola & officina pietatis & omnium virtutum necessarium in vita humana. Celibatus autem sine dono castitatis, est officina impietatis, caminus omnium viciorum, lerna omnium flagitiorum. Ergo Coniugium est amandum, & in primis expectandum.

8. Subtrahere Ecclesie Dei cultores, & politica Ministros viles, grave peccatum est. Imo ethnici quoque, eos indignos honore indicarunt, publicaque infamia notarunt, qui Coniugium improbe vitarent. Sed cœlibes sine dono & mandato Dei, non sunt solliciti, ut Ecclesie Dei cultores educent, & relinquunt. Sunt igitur reuera necatores cultorum Dei, quia corpora sua à legumino Coniugio abstrahunt, & quod ad ipsos attinet, in uniuersum delent Ecclesiam posteritatis, quia nullos posteros cupiunt relinquere. Deinde & sunt vastatores politiarum, & hominum inuemptores, quia nullos successores in politijs volunt relinquere, quod quidem ad ipsos attinet. Debent igitur cœlibes, absque dono castitatis, ex omnibus Ecclesijs & politijs, tanquam hostes & pernicies Ecclesie Dei, & politiarum, profligari.

9. Cœlibes

C A V S I S.

Celibes absq; dono castitatis divinius concessis, non sunt singulis momentis ad mortem parati, ut quidem Christianum decet esse. Si itaq; contingat tales afores Coniugij subito exhalare animas, antequam serio poenitentiam agant, quo, quaso te, deferentur? Nam S. Paulus molles, impuros, fornicarios, regno Dei excludit, scilicet absq; poenitentia excedentes è vitio.

Obiectiones.

I.

Sum iuuenis. Sat tempestivè ad illas Coniugum molestias accessero.

Respondeo. In verbo Dei non est quidem certum tempus desinitum, quo nuptiae sint celebranda. Sed etiam atq; etiam videndum est, primum, ne iuvenitatem, falso tuae licentiose vitae pretextas, quod si feceris, audi voces spiritus sancti: Deus non irridetur. Item, Nolite errare, molles & fornicarii, regnum Dei non possidebunt. Deinde vulgo dici solet, *Jung freyen sol niemand gerewen.* Neminem poeniteat, tempestivè uxorem duxisse. Est tamen honestas & necessitas, hac in parte consulenda, qua de re supra diximus.

II.

8 2

Libertas

DE CONIUG.

Libertas fuluo non venditur auro. Liberes, noli querere iugum. Coniugem ducere, libertatem vendere est. Ergo non tam citò expectandum est Coniugium, vel etiam omnino est fugiendum.

Respondeo. Quae in Antecedente ponuntur, partim manifestè falsa sunt, partim verò falsè detorquentur. Falsa sunt, libertatem vendi Coniuge ducta. Primum, quia Deus suuementem illam libertatem, quam incrementis corporis & disciplina attribuit, non vult esse perpetuam. Nam creator tuus inquit, Non est bonum homini, esse solum. Erunt duo in carnem vniam. Deinde, quia in Coniugio libertas vera, non tam amittitur, quam acquiritur. Nam animus ibi liberatur ab aestibus carnis, à malis cogitationibus, à fornicationibus, ac verè in libertatem, Deo rectè & pure seruiendi, assertur atq; constituitur. Dum enim extra Coniugium te contineres, seruus es prauorum affectuum, & traheris veluti bos iugo, ad facinora Deo displicentia. Potes igitur in Coniugio vacuus curis impunitatis, Deo, Ecclesia, tuisq; rebus operam dare. Non autem parui aestimanda est libertas illa à vicijs, item libertas ad virtutes discendas & exercendas. Porro libertas ad vicia, ad peccata, ad dissolutam vitam, nulla est propriè dicenda libertas.

C A V S I S.

libertas, sed licentia potius, sed ingum peccatorum, sed seruitus Diaboli.

Male autem illud detorqueatur, libertatem nullo thesauro vendendam esse. Nam libertas duplex est. Alia quidem vera, alia verò falso sic nominata. Tali pacto libertas vera, pia, Deo placens, sanè retinenda est, ut qui liber est genere, non addicat se in spontaneam seruitutem. Cum populus Israeliticus egressus esset ex Aegypto, qua appellatur domus seruitutis; grauius taxantur & castigantur, qui respectabant ad ollas carnis, consiliaq; de reueriando captabant. Qui liber est à compedibus traditionum humanarum, non se illis iterum implicet. Petrus inquit, non redeundum ad volutabrum, veluti suis post lotionem fūctitare solent.

Quod verò Paulus ait. Solutus es ab uxore, noli querere uxorem 1. Corinth. 7. de illis tantum pronunciat, qui singulari castitatis dono, à Deo sunt ornati, ac pure mente Deum inuocare possunt. Sed tu non es talis, pessimè igitur scripturam sanctam ad te applicas. Ergo sequenda tibi altera sententia Pauli est, quæ in eodem capite traditur, Melius est nubere quàm vri. Item, vitanda fornicationis gratia, unusquisq; suam habeat Coniugem.

S 3

Qua

DE CONIUG.

III.

*Quae libera sunt à Deo relicta, ea non sunt
ut necessaria urgenda. Sed Coniugium est rei-
ctum cuius liberum, ut Paulus testatur. Ergo
non sunt iuvenes, aut seniores, tam morose
improbè urgendi, ut Coniugia ineani.*

*Respondeo. Minor in precedenti argu-
mento soluta est. Liberum quidem est illi, qui
donum Castitatis à Deo accepit. Ei vero, qui
extra coniugium non potest caste vivere; hoc est,
immunis ab impuris cogitationibus & factis ex-
istere, Deus & Paulus mandat, ut Coniugium
honestum contrahat.*

III.

*Pericula sunt vitanda. Sed periculosissi-
mum est Coniugium ducere, quia an sit mori-
bus & vita Coniugis futura commoda, incertis-
simum est. Ergo satius est, tanto periculo sese
non committere.*

*Respondeo. Minor falsa est. Nam si piam,
honestam, bene educatam duxeris, & in etiam
pia & recte erga Coniugem te gesseris, nihil quic-
quam est periculi. Deinde orandus est Deus, ut
deus Coniugem tuis moribus convenientem. Est
enim*

CAVSIS.

minimè uxor pia & bona, eximium donum Dei.
Præterea sæpè scelera, & mores peruersissimi
maritorum, etiam Coniuges efficiunt deteriores
& asperiores. Cum enim mulieres sint infirma
vascula, id quod Petrus, & experientia rerum
docent, ideo prudenter & piè à maritis institui,
& regi debent. Multa etiam uirina, sunt tole-
randa, dissimulanda, condonanda, propter tran-
quillitatem Coniugalem.

Porro si tu vel amore, vel auaritia, vel
ambitione Cæcus, ducis non tam piam, hone-
stam, rectè educatam, quam formosam, super-
bam, opulentam, potentem, tibi imputes, quod
vel parùm morigera est, vel atroquin non usq;
quaq; postea tuis uotis responderet. Cautè igitur, ne
tibi metipsi tua stulticia, accersas pericula, qua
auitare posses.

Solent & studiose quidam colligere, qua
ex sacris de malis mulieribus dicuntur. Sed illi
uicissim ea, qua de bonis in ijs præclare profe-
runtur, conferant. Genuina contumeliosa dicta
in Coniugium, non sunt magnificanda, quia
luce veri Dei, & uera Religionis caruerunt.
Constat tamen honestos homines, omnibus ætati-
bus, honestè de Coniugibus & sensisse, & locutus
esse.

Postremò, non cauet pericula, qui à pio
Coniugio abstinet. Nam is in periculo animæ &
corporis

S A

corporis

DE CONIUG.

corporis versatur. Sed in pio & suavi Coniugio vitam agens, sese ab illis periculis, quasi in iurum porum seu arcem recepit.

V.

Cura, molestia, labores, non tam expetenda quam fugienda sunt. Sed Coniugia adferunt & augent ista omnia. Ergo non sunt ambienda.

Respondeo. Est argumentum à particularibus. Maior enim non est plene uniuersalis. Sic enim distinguenda est. Duplices sunt cura, ac labores. Alia enim cura & labores, pertinent ad unius cuiusq; vocationem, ac sunt necessaria cura, necessarij labores, boni, viles. Alia vero cura & labores, non pertinent ad vocationes, ac possunt, imò debent vitari. Est enim πολυπραγμοσύνη, digna reprehensione, & est infelix.

Quod igitur ad Minorem. Cura & labores, qui Coniugio incumbunt, sunt necessarij & saluatares.

VI.

Paupertas impedit. Prius me oportet habere domum, & bonum aratorem, ut senex Hesiodus censet. Ergo dilatio Coniugij, non est culpanda.

Respon-

AN SACRAMEN:

Respondeo ad Antecedens. Est fallacia secundum non causam. Nam si vocationis operam feceris, ac Deum inuocaueris, non deerit tibi victus necessarius. Sed qui solent inopiam obtinere, plerumque suam incredulitatem produnt, quasi Deus nolit Coniugali vite, in qua plures sunt personae, benedicere. Deinde tales infideles, ut plurimum habent mediocrem victum. Sed auaricia fascinati, metuunt, sese non tam splendide in Coniugio vivere posse, sicuti optarent. Iam vero oculos tuos in mundo circumfer, videbis toto orbe terrarum plurimos Coniuges esse tenuioris fortunae, & tamen cum liberis ac familia liberaliter a Deo pasci, modo suum faciant officium, implorent Dei benedictionem, & sint donis Dei contenti.

Quod porro aliqui pretendunt, se hereditates expectare, & nescio quarum controuersiarum transactione, id quoque nullius est momenti. Nam precepti diuini, tuae conscientiae, & salutis potior, priorque ratio haberi merito debet, quam illarum rerum corporalium.

AN CONIUGIVM SIT SACRAMENTUM, PROPRIÈ SIC DICTUM.

S 5

Ecclésiâ

DE CONIUG.

Ecclesia pontificis Romani contendit acriter, Coniugium esse unum de septem Ecclesia Christi Sacramentis. Sed non posse illud vere ac propriè Sacramentum noui Testamenti dici, rationes ista luculenter euincunt:

I. A proprietate Sacramentorum.

Sacramenta Christi, duo habent, ex quibus estimari debent, nempe elementum à Christo expressum, & verbum Christi, continens primùm applicationem promissionis gratia, & deinde mandatum, ut omnes usurpent.

Sed Coniugium, non habet Elementum ut Baptismus, & ut Cæna Domini, sua habent Elementa. Nam marem & foeminam non rectè in hoc negocio vocaueris Elementa. Insulsissimum verò est, quod pontificij ritum externum, in iungendis Coniugibus adhiberi solitum, nominant Elementum seu Materiam Coniugij, ut sunt manuum coniunctio, annuli traditio, copulatio, & benedictio, qua fit à sacerdote. Quenam autem quæso, ista sunt rerum & verborum portenta? Quæ enim ad formalem causam matrimonij, omnium sanctorum iudicio pertinent, ea deliri isti homines, ad Materialem referunt, qua quidem res vertiginem ipsorum indicat.

AN SACRAMEN:

indicat, quod cum destituantur Elemento in suo illo putativo, seu confecto Sacramento, miscentur in profundis, stulticiamq, suam abunde toti mundo probant.

Deinde applicatio promissionis gratia talis, ut certo sibi persuadeant Coniuges, quod hoc ipso ritu copulationis externa, sibi applicetur gratia Dei seu remissio peccatorum per Christum parata, non est in sacris literis usquam expressa, hoc est, ut clarius dicam: Coniugium non est medium, per quod Deus meritum Christi, & remissionem peccatorum homini applicat, id quod fit per baptismum & Cenam Domini. Non potest enim Coniunx dicere: Credo me tam certo habere remissionem peccatorum per Christum, & vitam aeternam, quam certo mihi tradita est uxor in matrimonium. Quis enim ista non cognoscit esse deliramenta magna? De Baptismo autem & Cena Domini, verissime asseratur. Credo me tam certo habere remissionem peccatorum & vitam aeternam, quam certo sum baptisatus, quam certo accepi verum Christi corpus & sanguinem in remissionem peccatorum. Causa est, quia baptismus & Cena Domini, habent dilucidum & expressum verbum, quae crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Item, Bibite ex hoc omnes, Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis effusus est in remissionem peccatorum.

Nea

DE CONIUG.

Nec habet Matrimonium mandatum vniuersale, ut omnes eo utantur. Excipiuntur enim à Christo & Paulo, qui castitatis dominum à Deo acceperunt, quibus quidem liberum permittitur, an velint alligari iugo Matrimonij, vel non. Sed Baptismus & Cæna Domini, non sunt res Adiaphorica aut libera.

Ergo luce meridiana clarius est, Matrimonium propriè ac verè Sacramentum dici non posse, nimirum quia destituitur proprietatibus, quæ necessario ad Sacramenti rationem pertinent.

II. A causa efficiente.

Tantum illa sunt Sacramenta noui Testamenti, quæ Christus sua voce in Sacramenta quasi consecrauit.

Sed Coniugium, non est à Christo in nouo Testamento primum institutum, Verum in Veteri, idq; priusquam Sacramenta a Deo addeventur promissioni gratiæ. Christus etiam tantum docet, hoc vitæ genus, ut duo sint Matrimonio iuncti: Deo probari, neq; sancit inde peculiare Sacramentum.

Ergo Coniugium non meretur dici Sacramentum noui Testamenti.

III. A

IN SACRAMEN:

III. A causa Materiali.

Id quod commune est gentibus & Ecclesia Dei, non potest verè dici Sacramentum.

Sed Coniugium est commune gentibus omnibus, toto terrarum orbe, & Ecclesia Dei. Quis enim ausit dicere, inter gentes non esse verum Coniugium, id est legitimam copulationem maris & femina? Etsi autem nonnulla gentes horribiliter deformarunt Coniugia, tamen de honestioribus hic differimus. Videmus cerè nunc Iudeos passim sparsos, etiam habere Coniuges, & unum quidem unam.

Ergo Coniugium, non potest Sacramentum Ecclesia Christi propriè dici.

Usus verò Coniugij differt in eo, quod Christiani opera Coniugij vera fide in Christum regunt. Gentes verò, licet in honesto Coniugio vivant, tamen fide in Christum carent. Non igitur Coniugium ipsorum reprehenditur, neque propter Coniugium damnantur, Sed quia non credunt in Christum.

IIII. A causa formali.

Coniug

DE CONIUG.

Coniugium, est nexus seu copula vite exteriorna & politica. Duo enim homines foedere eterno, ad indissolubilem vite consuetudinem sese obstringunt. Et ut breuiter dicam, Coniugium est status politicus. Sacramenta autem, non sunt status politici.

Ergo Matrimonium non est Sacramentum, proprie loquendo.

Ab effectu.

Coniugium facit politicos socios aut consideratos, & in Coniugio creantur liberi carnales, terreni, filij ira, etiam in pijsimorum hominum Coniugio Ephe. 2. Sed Sacramenta faciunt socios spirituales. In Sacramentis spirituales liberi generantur, & filij gratia.

Ergo Matrimonium non est Sacramentum noui Testamenti.

Hac argumenta tam sunt illustra, ut Cacus plane iudicandus sit, qui non videat in ipsis inuictam veritatem consistere, & delirus, qui eis non assentiatur. Inspiciamus nunc paulisper fungos Pontificiorum, & robora ipsorum exploremus leui tactu, quia magno impetu ad eos dispergendos, non est opus.

ARGV.

AN SACRAMEN:
ARGVMENTA CON-
TRARIA PONTI-
ficiorum.

I.

Qua verbo Dei traduntur, ea non sunt repudianda.

Sed verbum Dei appellat Matrimonium Sacramentum. Nam Ephe. 5. dicitur. Sacramentum hoc magnum est.

Ergo Matrimonium est Sacramentum.

Respondeo. Est ignorantio phrasis, qua saepius ipsis monstrata est. Nam Gracus textus habet, τὸ μυστήριον τὸ το μέγα ἐστίν. Nihil verò hic audis de Sacramento. Nam mysterium, significat rem arcanam. Sic Paulus vocem mysterij in doctrina de Coniugio, manifestè ad typum illum refert, quod nimirum in Coniugio sit depicta quasi illa unio, quam Ecclesia cum Christo habet, item Amor mutuus & facultatum communicatio. Non igitur ipsum Coniugium, appellatur μυστήριον per se, sed ratione & respectu Ecclesie & Christi, quod quidem mysterium ait in Coniugio adumbrari, sua quadam ratione.

2.

Proprium

DE CONIUG.

Proprium Sacramenti est, ut sit visibile
signum rei invisibilis.

Sed Matrimonium est signum visibile in-
visibilis rei.

Ergo est Sacramentum.

Minor probatur, 1. quia duo in unam
carnem copulamur. 2. quia est typus unionis in-
ter Ecclesiam & Christum.

Respondeo ad Maiorem. Proprietatem
Sacramenti non dilucide exponit Maior. Nam
proprietas Sacramenti ea est, ut habeat Ele-
mentum, & verbum, quod quidem comple-
tetur applicationem gratia per & propter Chri-
stum, & univrsale mandatum.

Deinde ad Minoris probationem priorem
respondeo. Coniugium non est signum unionis
carnalis, Sed est ipsa unio carnalis.

Quod verò ad alteram probationem atti-
net, typus ille ad aliam rem procedit, nempe ad
Ecclesiam & Christum, & hoc tantum dicitur,
ea inquam est mens typi seu mysterij, Coniugi-
um carnale, quod habet suam rationem, qua
politicus status est, significare aliud Coniugium
spirituales

spiritus
carnalis
pars, &
non car
non sol
um,
locorum
tantum
vivent
baptisa
py, car
posse Sa
lo, rem
cogiter
una ca
one sex
mus ca
quo ca
um v
propter
nem,
sumus
gem,
datur,
miseri
tam.
rum l
nem:

AN SACRAMEN:

spirituale, ubi mas & femina, hoc est, qui in carnali coniugio sunt, sunt iam ambo una pars, & alius est sponsus, nempe Christus, qui non tantum mulieris sponsus est, sed etiam viri, non solum duorum in carnali coniugio degentium, sed uniuersi cœtus Ecclesia Dei, omnium locorum & temporum, in quo quidem cœtu, non tantum sunt coniugati, sed cœlibes quoque, sancte uiuentes, pueri puellæ, inuuptæ, imò infantes baptisati in cunis uagientes. Intelligunt igitur p̄, carnale illud coniugium, propriè non dici posse sacramentum, & uocem mysterij in Paulo, rem in Ecclesia & Christo depingere. Sic itaque cogitent p̄ sponsi, Ecce, sicuti duo coniuges sunt una caro, ita nos Christiani omnes sine distinctione sexus aut ætatis fide Christo inserti, unum sumus cum eo, non quidem propter coniugium, quo carnaliter copulati sumus: Nam id est tantum umbra rerum in Christo positarum: Sed propter baptismum, & cenam sacra usurpationem, & quod fide, ut diximus, Christo insitum sumus. Item ego ardentè diligo meam coniugem, sic multo ardentius me Christus completur, non propter coniugium, sed propter suam misericordiam & redemptionem mihi exhibitam. Item sicut ego & coniunx mea, terrenorum honorum habemus communem possessionem: Ita etiam Ecclesia & Christus communi

T cœlo,

DE CONIUG.

caelo, & bonis aeternis fruuntur, non quia ego habeo Coniugem, Sed quia Christus exira meum matrimonium, ea amplissima bona mihi peperit & promisit, ac distribuit, & applicat mihi sua bona, non per coniugium meum carnale, Sed (obserua hac pie lector) per verbum & Sacramenta baptismi & Cene Dominica.

Hac minimè sunt perplexa, & ostendunt, Pontificios malè detorquere verba Pauli, qua dulcissimam doctrinam continent.

3.

Sacramenta conferunt gratiam Dei.

Sed Matrimonium confert Dei gratiam. Ratio est, quia Deus ab initio copulās Coniuges, eis benedixit, id quod adhuc hodiè facit. Item Paulus inquit, Coniugium ad remedium esse datum. 1. Corinb. 7.

Ergo matrimonium est Sacramentum.

Respondeo. Est fallacia equiuocationis in voce gratiae, quae aliter in Maiore, aliter in Minori usurpatur. Nam gratia in Maiori, significat gratuitam misericordiam & remissionem peccatorum propter Christum, ut Paulus haec voce vultur Ephe 2. Gratia saluati estis. Opponitur autem merito nostro, quod in iustificacione nostrae

AN SACRAMEN

nostra coram Deo excluditur. Ita enim inquit
Apostolus. Si ex gratia, tam non ex operibus,
Si ex operibus, tam non ex gratia. Roma. 10.
Est autem extra controuersiam, Sacramenta no-
ui Testamenti, eam gratiam applicare & attri-
buere. Nam de baptismo pronunciat, qui cre-
diderit & baptizatus fuerit, saluus erit. De Cena
Domini dicitur, Bibite sanguinem meum, qui
pro uobis effusus est, in remissionem peccato-
rum. Et circumcisio sigillum iusticie fidei appel-
latur, in cuius locum successit baptismus. Ro. 4.

In Minori uero uox gratia, usurpatur de
bonigna Dei uoluntate, & beneficijs eius alijs, uo
de benedictione Coniugij, sicut ipsi pontificij hanc
gratiam interpretantur, qua est tantum appro-
batio Coniugij, & donatio fecunditatis, & pro-
missio de sustentatione corporali. Sic in Psalmo
uox benedictionis, usurpatur de corporalibus bo-
nis, Imple omne animal benedictione. Huc per-
tinet, quod aiunt pontificij, Coniugium esse reme-
dium, quale sit, nempe carnale, contra forni-
cationem, Nequaquam uero inquit, esse remedi-
um salutis, aut remissionis peccatorum. Sequitur
autem ex hoc textu, pontificios sacerdotes &
Monachos esse agrotos, ac manere in summa a-
gritudine fornicationis, quia hoc remedium di-
uinitus ordinatum, furiose aspernamur.

Quicquid salutem & sanctificationem adfert, id recte Sacramentum dici meretur.

Sed Coniugium, salutem & sanctificationem adfert: Nam 1. Timoth. 2. scriptum est. Saluatur mulier per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione. Item 1. Thess. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstinatis à fornicatione.

Ergo Coniugium est Sacramentum.

Respondeo. Iterum fallacia æquiuocationis in voce sanctificationis obijciatur. Sed ordine Argumentum inuolubimur.

Maior non exprimit omnes proprietates, quæ Sacramentum constituunt, de quibus supra in prima nostra ratione perspicue diximus. Deinde verbum Dei adfert salutem & sanctificationem, & tamen differunt simplex verbum Dei, & Sacramentum. Nam Sacramentum continet externam quandam actionem, Elementis quibusdam insignitam, cui iuncta est promissio gratiæ, sicut immediate à Christo hæc sacra actio est instituta. Item, Spiritus sanctus adfert salutem & sanctificationem, & tamen Spiritus

IN SACRAMEN:

ritus sanctus non dicitur Sacramentum, sed potius causa efficiens, seu autor, rector, executor, ut sic dicam Sacramenti.

Deinde ad Minorem. Coniugium adferre seu applicat salutem. Hec falsa sunt. Nam Coniugium est status politicus. Deinde verbum Dei & Sacramenta a Christo tradita, sunt illa praeclara media, quibus salutem nobis denunciat & applicat. Nostra verò mendica manus apprehendens salutem, est fides. Huc accedit usus Sacramentorum.

Dicitur verò Pauli, Saluatur mulier per filiorum generationem, non hoc vult, Coniugio tanquam medio, sicuti per verbum gratiae & baptismum ac sacramentum Cenam, salutem seu remissionem peccatorum applicari. Sed in eo vitae genere, ubi liberi generantur & educantur, matres familias saluari si sint pie, hoc est, credant in Christum, & eam fidem bonis fructibus declarent. Sic etiam liberos.

Quod porro de sanctificatione dicitur, Aliud id vocabulum in Maiori, aliter in Minori usurpatur. Nam in Maiori sumitur pro ipsa Iusticia impetrata per Christum, & opponitur peccato, quod est immundities nostra, inier De-

DE CONIUG.

am & nos discernens & separationem efficiens. Vel intelligenda est ista vox de effectu salutis seu imputata iusticia per fidem in Christum, nempe de renouatione Spirituali. Qui enim fide in Christum gratis, sine suis operibus salutem consequitur, is nequaquam, sicut Pontificij nostram doctrinam improbe criminantur, talis manet, qualis antea fuit, sed fit noua creatura, accipit per Spiritum sanctum nouitatem, qua Deum incipit diligere & proximum, suisq; prauis cupiditatibus aduersatur.

Coniugium verò per se, non adfert illam interiore Spiritus sancti sanctificationem, sed tantum illam carnalem mundicem, ne animus perpetuo astuet concupiscentia seu libidinibus, & ne corpus sese illicitis commixtionibus polluat. Sed habeat unam Coniugem, in qua animus acquiescat, & cum bona conscientia opera Coniugalia fiant. Huc etiam Pauli testimonium spectat. Opponit enim inter se sanctificationem corporis, & fornicationem. Illud nihilominus aduertendum est. Sanctificationem corporis in pijs, à corde etiam mundo seu fidei proficisci debere, estq; Spiritus sancti opus.

§.

Patres Coniugium appellarunt Sacramentum, Ergo sic est.

Respon-

SACRAMEN:

Responsio. Quod ex verbo Dei adstrui in articulis fidei non potest, id patrum auctoritate defendi minimè potest. Ratio est, quia Patres neq, articulos fidei condere, neq, Sacramenta instituere debent vel possunt. Id enim officium, Christo soli proprium est.

6.

Nuptia in facie Ecclesia, sub Sacramenti nomine consecrantur.

Ergo est Sacramentum. Adde Maiorem.

Quicquid in Ecclesia sit sub nomine Sacramenti, id est Sacramentum.

Respondeo ad Maiorem. Quid si illa non esset Ecclesia, nisi solo titulo? Quid si Ecclesia illa exorbitaret, & præter & contra verbum Dei aliquid vel sentiret, vel ageret? De Ecclesia autem pontificia, non dubitamus illud asserere. O quantum mutatus ab illo; ut ille aiebat. Non enim est verus illa Romana, multoq, minus verus illa Apostolica, aut Christi Ecclesia. Rationes sunt evidentes, quia articulos fidei labefaciat, Sacramenta Christi prophanat atq, evertit, Mortuas creaturas inuocat & colit, oves Christi vocem sequentes, immaniter maculat, & regnum Christi spirituale, in mundanum conuertit, Plures autem eius notas, in presentia non enumerabimus.

I 4

Sola

DE CASTITATE.

7.

Sola Sacramenti ratio Christianum Matrimonium, à Coniugijs infidelium discernit.

Ergo Matrimonium est Sacramentum.

Respondeo. Antecedens falsissimum est, quia illud ex verbo Dei non potest adstrui. Deinde quia fides, qua opera Coniugalia moderatur, constituit differentiam inter Coniuges ethnicos, & eos qui in Ecclesia Christi versantur. Nam status ille externus & politicus, alioquin idem est.

Hæc ferè sunt pontificiorum Argumenta, quæ ex ipsorum libris annotavi.

DE CASTITATE.

Annotandum porò aliquid est de Castitate, ut discerni rectè possit vera, à falsa. Nam vera & sancta Castitas, omni laude digna est. At falsa, hypocritica, immunda, reprehensionem & execrationem meretur.

An sit.

In verbo Dei aliquam Castitatem, nempe veram, quæ est peculiare & insigne donum Dei, laudari

DE CASTITATE.

laudari ac permitti certum est. Nam Christus ipse discernit inter Eunuchos Math. 19. ac vocat castos, Eunuchos illos, qui se propter Regnum celorum castrarunt. Sed mox correctionem adiicit. Qui potest capere inquit, capiat. Paulo enim ante dixerat, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Eiusmodi autem Castitatem corporis & animi, habuerunt Christus homo, & Baptista, & pauci alij. Paulus etiam suum exemplum producit, Bonum est, inquit, illis, si sic permanserint, sicut & ego. Sed addit, unusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. x. Corinth. 7.

Constat igitur, aliquos à Deo sic conditos esse, & condi adhuc, qui ex Dei dono potuerint vel adhuc possint pura mente, ab omni commixtione cum mulieribus, sese continere.

Appellationes.

Castitas, & Germanice *keusch* ab Hebreo *קדש*, id est, sanctum, desumpta videntur.

Quid sit.

Castitas est donum Dei, quo aliquis sine viciosis cordis moribus, & sine pollutione corporis cum mulieribus, extra coniugium, Deo & proximo, iuxta verbum Dei servire potest.

T 5 Quo-

DE CASTITATE.

Quotuplex.

Est autem Castitas duplex.

Alia est extra Coniugium, qua omnem
feminarum usum vitare potest, & eam proprie
definimus. Interdum etiam dici solet Celibatus,
verum hoc vocabulum paulo latius usurpatur.
Alia est in Coniugio, ubi una Coniuge, reue-
renter est Maritus contentus, & animam atq;
corpus ab alijs foeminis arceat. Hac diuisio sumitur
ex Paphnutij voce laudabili, qui honestum Con-
iugium cum sua Coniuge, dixit esse castitatem,
scilicet Coniugalem, qua scilicet vni seruat fi-
dem, & ab alijs abstinet animo & corpore. Ce-
terum Paphnutius hanc suam vocem ex dicto
Pauli produxit: Coniugium sit honoratum, &
shorus impollutus. Hebre. 13.

Alia diuisio propinquior defini- tioni.

Castitas alia est vera, Alia est falsa. Vera
est, qua animo & corpore prestatur. Falsa est,
qua tantum Nomine ac titulo talis est, neq; ani-
mo nec corpore prestari potest, Imo est fornax
impudicitiae & fons scelerum. Hac diuisio ex
causa formali, & quidem ex Antithesi nascitur.

Huc pertinet & illa distinctio. Castitas alia
est Angelica, Alia Diabolica.

Angelica

DE CASTITATE.

Angelica est donum illud excellens Dei, quo quis corpore & animo potest pure vivere, sine commixtione cum foeminis, Deoq; seruire. Appellatio autem sumpta est ab Angelis castis, hoc dono pradis.

Diabolica est, quando aliqui vel sponte vivunt Coniugium, vel legi Caelibatus sese obstrungunt, sine dono Castitatis, ardeniq; anima & corpore vivis ignibus libidinum, neq; emanent pollutiones corporis, arsurus etiam corpore & anima in aeternum, nisi poenitentiam egerint. Hoc autem Epitheton Paulus legi prohibenti Coniugium tribuit. *x. Timoth. 4.*

Alia diuisio.

Castitas quedam est spiritualis, quedam corporalis. Spiritualis est, qua in rebus Spiritus servatur, ut in fide, doctrina, confessione, constantia, de qua castitate Paulus inquit *2. Corint. 11.* Respondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Loquitur autem de omnibus Christianis, ut Castitatem fidei, hoc est, sinceritatem & constantiam inconcussa & incorrupte custodiant. Corporalis est, qua animo corporeq; praestatur, ne vel animus impuris cogitationibus perpetuo fluctuet, vel corpus illicita commixtione sese polluat.

VNDE.

DE CASTITATE.

VNDE.

Castitas vera, sancta, Deo placens, non est Naturaliter ex carne & sanguine, sicuti nunc quidem homines in peccato concipiuntur & nascuntur. Sed est peculiare, & insigne, & rarum ipsius Dei donum, qui tanquam liber Deus, pro suo diuino consilio illud tribuit cui-cunq; vult. Neq; comparatur studio, disciplina, votis, Sed accipitur à Deo liberè liberaliterq; largiente, idq; Christus docet: Non omnes capiunt, inquit, verbum hoc, sed quibus datum est. Manifestum igitur est, cui id datum non est, eum non habere. Item Paulus ait, unusquisq; proprium donum habet ex Deo. Loquitur autem de Castitate sine coniugio viuendi, ac mouet diligenter, nō esse omnibus sine discrimine laqueum Castitatis seu cœlibatus inuolandum.

Contraria.

Sicuti vera Castitatis est ex Deo, ita hypocritica Castitas est ex Diabolo, hoc est, Religionis ergo, omnes sine discrimine certa & seuerà lege ad castitatem seu cœlibatum adstringere. Hinc enim Spiritus sanctus abominationem seculuram prouidens, per os S. Pauli liquidissime inquit, prohibitionem Coniugij esse doctrinam

Damo-

DE CASTITATE.

Demoniorum. i. Timoth. 4. Sed pontifex Romanus in suo Papasacreatu, publicè eam legem tulit, seuerissimeq; exequitur, ne cui sacro viro, hoc est, Papa, Cardinali, Episcopo, Canonico, Sacerdoti, Monacho, Nonna, & eius farinae hominibus, integrum esset per omnem vitam, ducere honestam Coniugem. Hec iuramentis confirmari necesse est.

Sic Diabolicus est Coelibatus, & Castitas Diabolica, quando aliqui non ducunt Coniuges in gratiam liberorum, & propinquorum, ne bona attenuentur, vel in aliorum heredum manus perveniant. Interim verò vel animus coquit perpetuas libidines, vel alunt concubinas & meretrices clàm vel aperte. Ea; ratione pereunt corpore & anima in aeternum. Non possunt enim cum fructu audire verbum Dei, non accedunt ad sacram Synaxin, quia impuritas vite ipsos retrahit, atq; ex Testamento Domini quasi exhereditat ut sic dicam, seu excludit. Sentiant in corde iudicium illud seuerum Dei, Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Item Fornicatores regnum Dei non possidebunt. Dum igitur seruiunt liberis aut cognatis Diabolico coelibatu, quem sine peccatis nullus, & lesione conscientiae observare nequeunt, anima sua aeternam faciunt iacturam. Va igitur illis, qui ad eiusmodi Diabolicam Castitatem occasionem praebeant.

Peccauit

DE CASTITATE.

Peccavit & stolidus Origenes, qui ut sibi compararet Castitatem, ipse membrum amputat. Non enim fuit immunis ab impuris cogitationibus, à carnis pruritu, alijsq; contaminationibus, licet sectionem fecerit. Debuisset & cor excindere, quia Christus inquit, ex corde scaturire fornicationes & adulteria. Peccavit igitur primum Origenes contra primum preceptum, quia hoc Deo creatori per vim (nempe Castitatem) rapere voluit, quod ei non concessit propicia & beneuola benignitate: Et contra secundum, quia ex hypocrisis fecit, ut sibi sanctitatem ex castratione acquireret. Contra quartum: Quia integritatem à parentibus accepit, quam violauit ipsemet. Contra quintum, Quia non habuit potestatem sui corporis, & occidit illud quod Deus viuum condidit. Contra sextum & septimum, Quia coniugio, in quo potuisset viuere, iniuriam facit. Contra octauum, quia scandalum alijs præbuit.

Peccant & Monachi Nonnæq; , tentantes medicamentis exinguere & exirpare natura vitium, aut alijs Sodomiticis artibus, de quibus oratio nostra abhorret.

Materia.

Castitas autem vera, tum in anima tum in corpore

DE CASTITATE.

corpore hominis consistit. Ex corde inquit Christus, emanant cogitationes mala, fornicationes, & similia scelera, qua hominem conquinant. Si autem cor est sedes honorum operum, & virtutum Deo placentium: Itaq; Castitas illa sancta, primum vi in anima, qua est moderatrix omnium membrorum totius corporis, sit, necesse est. Sic etiam David orat, Cor purum crea in me Deus, quibus quidem verbis sentem hominum cupit mundificari. Est autem cor sedes anima, & officina virtutum. Deinde corpus necesse est a fædo illo pruritu immune esse, qui pene communis est omnium. Nam Diabolus & corpus & animam veneno peccati perdidit, & sicut ipse est impurissimus Spiritus, ita fædissima immundicia nostram miserimam naturam replevit.

Contraria.

Tantum externis gestibus Castitatem præ se ferre, interea vero ardere intus, siuere pruritu carnis, oculos pascere aspectu puellarum & foeminarum, clam carni satisfacere, vi vulgò illud dicitur inter pontificios fertur, si non castè, at tamen cautè. O Diabolicam illusionem.

Forma.

Proprietates Castitatis illius sanctæ extra coniugium, sunt.

Propria

DE CASTITATE.

Propria conscientia, & longa experientia. Attendendum enim est non somnolenter, An talis Castitas à Deo sit suæ Naturæ data, vel non, & videndum, ne falsò quis eam sibi vendicet.

Liberum est, eam castitatem extra Coniugium (si non accedat peculiare Dei præceptum) seruare, vel in Coniugio viuere.

Ad piam seruitutem Dei & hominum dirigenda est, non ad hypocrisin, aut ostentationem.

Rara est talis præstans Castitas, non vulgaris. Nec est alligata certo hominum statui. Sed ille, qui non est acceptor personarum, eam viuere est, præsertim in Papatu, sed Castos animo & corpore, ferè nullos. Sume quæso laternam, & quære inter illos, & redi, nobisq; eos monstra, & predicabimus eos.

Est interior & exterior puritas, non simulata, sed seria & excellens, vitans & abhorrens omnia immunda, ac si quid infirmitatis obrepit ex corruptione & exemplis mundi, ei grauius resistit per Spiritum sanctum.

Non retinetur proprijs viribus, sed per Spiritum sanctum, qui Castitatis rector est, ut modo indicatum est.

Nu

DE CASTITATE.

Nec damnat honestam cōsuetudinem Coniugium in alijs, qui non habent illud excellens castitatis donum.

Nec sentit, se propter hoc castitatis donum habere peccatorum remissionem coram Deo, aut iustum esse, sed sese tantum quasi instrumentum quoddam in substantia accepisse, quo Deo & proximo seruiendum sit.

Fide placet Castitas illa excellens. Dempta, igitur fide, nihil est.

Castitas porrò Coniugalis, eas habet proprietates:

Vni adheret Coniugij, modo à Deo ordinato.

Vit at occasiones peccatorum, quibus erga alias, vel cogitationes, vel gestus, vel facta parum decentia irriterentur.

Interdum propter orationem abstinere, Sed ad breue tempus, ne satanicis tentationibus locus detur, iuxta S. Paulum I. corint. 7.

Contraria.

Simulata & hypocritica Castitas, quæ nomen quidem Castitatis præ se fert, rem verò non

DE CASTITATE.

non habet. Imo impuritas dominatur in corde
quæ ebullit gestibus, verbis, & factis.

Cælibatus pontificus obstringens omnes
sacratos, ad Castitatem per omnem vitam præ-
standam, sine peculiari dono Dei, quæ quidem
contra Naturam & contra Deum, hoc est im-
possibilis & exitiosa, seu ut sacra litera pro-
prijssimè loquuntur, merè Diabolica est.

Non tueri in timore Domini Castitatem
veram, extra & intra Coniugium.

Finis.

Sunt autem isti fines castitatis veræ:

Deo servire dono Castitatis iuxta verbum
Dei. Nam ideo Deus tribuit eiusmodi dona, ut
in suam præcipuè laudem vsurpentur.

Proximo servire iuxta Dei verbum. Ea
verò omnia, accuratam requirunt rationem,
ut omnis superfluo et hypocrisis facessant.

Contraria.

Hoc dono contra voluntatem Dei abuti,
peculiare vitæ genus, non mandatum à Deo
sectari, & sibi velle suis operibus salutem &
iusticiam coram Deo comparare, contra ipsius
filij

filij Dei
regulari
num, M

Po
Nam fr
castit
inim.
señion

Cæ
lebs es
qui ma
lebs di
nymus
calo d

seu oro
mine s
tã agu

DE COELIBATV

filij Dei meritum & honorem, et contra illam regulam, Frustra colunt me mandatis hominum, Matth. 15.

Postremo differunt frigiditas & castitas. Nam frigiditas est viciū seu defectus Naturæ, castitas est peculiare Dei donum, rarum, eximium. Differunt & Eunuchi vel natura, vel seclione tales.

DE COELIBATV

Pontificio.

Cælebs et Maritus opponuntur. Nam Cælebs est, qui sine coniuge vitam agit, Maritus, qui matrimonio iunctus est. Ceterum vnde cælebs dicatur, non satis constat. Festus et Hieronymus, existimant cælibem dici, quia vitam cælo dignam agat, sed hæc sunt nugatoria.

Quid sit.

Est autem Cælibatus pontificius, status seu ordo vitæ, ab hominibus institutus, quo homines voto adstricti, sine Coniugio omnem vitam agunt, vt suæ professioni expeditius vacent.

V 2

Quottu

DE COELIBATV.

Quotuplex.

Duplex est cœlibatus pontificius. Alius verus, alius simulatus. Verus est, quo præstatur id, quod promissum est, ne videlicet vlla fiat pollutio corporis cum altero sexu, & est rara avis in terris, nigroq; similima cygno. Simulatus est, qui titulo tantum est talis. Pollutiones verò corporum, vel sunt manifeste, vel occulte, atq; eiusmodi cœlibatus est vulgaris.

Vnde.

Remota efficiens causa pontificij cœlibato, est ipse Diabolus, àv ἰδεός, vt disertè docet Paulus 1. Timoth: 4. Vocans prohibitionem coniugij, doctrinam Demoniorum.

Propinqua causa est, Antichristus Romanus, qui iuxta sui spiritus naturam, est àvτῆς ἰσχυροῦς καὶ ὑπερβύμενος ἐπὶ πάντα λέγομενος θεός. Observandum autem est, quod etiam de authore cœlibatus primo, inter pontificios disceptant, idq; eò fit, quia antiquissimi pontifices Romani, etsi subindè ad hoc decretum promulgandum aspirabant, tamen paulò egerunt modestius, ac voluerunt initid ad tempus sacerdotes abstinere ab vxoribus, vt sacris publicis

PONTIFICIO.

publicis mens vacare posset, deinde verò nos prohibuerunt legitimum Coniugij vsum.

Tribuunt autem firicio primas, in prohibitione coniugij inter sacratos, estq; ille satis àvriðeoq; & àvrirov.og in concilio Telensi. Posteriores verò pontifices multò impudentiq; ut nimirum Antichristus sua haberet incrementa, eam prohibitionem Coniugij statuerunt ut suo loco exponitur.

Testantur etiam historiae, quod Montanus et Martion, speciem sanctitatis præserulerunt, quia legem statuerunt suis sacerdotibus, ne haberent coniuges. Isti igitur hæretici πρό-πορ. fuerunt Antichristi.

Contraria.

Dei vox, Non est bonum (audi non est bonum inquit ille, qui est Architectus omnium hominum) homini esse solum. Itē dictum Pauli grauiissimum, Vitande fornicationis gratia, vnusquisq; suam habeat coniugem. Item, melius est nubere quàm vri. Item, Deus condit homines vtriusq; sexus, Ergo vult omnes homines, in societate coniugij honesta viuere, quos quidem ipsemet non eximit, suis peculiaribus & insignissimis donis.

V. 3

Materia

PONTIFICIO.

Materia.

Pontificius Cœlibatus, tantum obstringit
sacros suos, id est qui sacris professionibus
destinantur, vt sunt papa, cardinales, patriar-
cha, Archiepiscopi, Episcopi, Suffraganei,
Abbat, sacerdotes, Monachi, Nonnæ. Nam
isti hoc peculiari quasi caractere Antichristi
insignuntur, à reliquo cœtu hominum dinosci
queant.

Contraria.

Non est bonum homini (vlli scilicet) esse
solū. Item VNVS QVISQVE habeat suam
coniugem. Item. Oportet (audi oportet) E-
piscopum esse vnus vxoris virum. 1. Timot: 3
contra Antichristus pronunciat, Oportet Epis-
copum nullius vxoris virum esse. Gerunt igitur
pontificij Episcopi, characterem demonio-
rum 1. Timot: 4.

Forma seu proprietates.

Et si tempus aliquod explorationi et delibe-
rationi conceditur, tamen mentes hominum
fascinantur supersticiosi cultibus & immodi-
cis eorum prædicationibus, vt iudicium non sit
liberum, sed seductum.

Multis

DE COELIBATV

Multi etiam homines vtriusq; sexus in
zenera etate, prius quam rectè iudicare possunt
inuoluuntur Cœlibatus iugo, ex quo postea non
est ipsis integrum caput subtrahere.

Sine discrimine donorum, votis obligan-
tur miseri homines. Nam Castitas non est in
arbitrio hominum posita, neq; est vulgaris, sed
singulare rarum, arduum Dei donum, id quod
non ex vno, sed pluribus annis deprehenditur
ac peculiari quasi reuelatione Dei opus habet.
Necessè est cum certum esse de donis Castitatis
qui eam præstare velit, ne in retia demoniorum
incidat.

Impossibilis est ea obligatio illis, qui non
habent castitatis dona. Nam naturales illæ
appetitiones Coniugum, nulla lege, nullo voto
nullis exercitijs vigiliarum aut laborum extir-
pari possunt. Nihil igitur aliud est pontificius
cœlibatus, quam perpetua vstrina, aut potius
fornax infernalis, & laqueus conscientiarum
importabilis.

Est perpetua obligatio, ita vt nemini fas
sit eam retractare, quantumuis impossibilitas
præstandi eam, sit euidens, & conscientia in
discrimine æterna damnationis versentur.
Quid autem est crudelitas Antichristi, si hæc
non est?

V 4

Qlun

DE COELIBATV.

Olim rescindentes ea, calibatus vota ratione sua conscientia, animumq; ad uxorem honestam, iuxta Dei consilium & mandatum applicantes, tantum ab officio deponerentur, quæ tamen depositio, contra Paulum fiebat. At nunc tum execrationi extrema, tum etiam supplicij mortiferis subiiciuntur, qui malum Deo in ducendis honestis coniugibus obtemperare, quam Antichristi legibus de impossibili calibatu parere. Sic scilicet capitale est, sua conscientia & æternæ salutis consulere potius, quàm Diabolo, iuxta demoniorum doctrinam ut Paulus nominat, se coquendum & assandum relinquere.

Conditiones votorum habent, quantum humana fragilitas permittit. Ergo in ipsis votis, de fragilitate dispensant, hoc est, si fiat aliqua pollutio, quod ea votum non debeat rescindere. Verum eiusmodi verbis, Cæcæ non ipsis illis, ut qui non ignoret fragilitatē humanam esse tantam, ut inter multa vix reperiat unus, qui calibatum rectè observare possit. Itaq; lex pontificia, omnes sine discrimine donorum ad calibatum obligans, est massa Diaboli, qua ingentem hominum multitudinem capit, & secum in infernum trahit. Hæc norunt pontificij, hæc experiuntur quotidie,

tidiè,
monio

Item,
Deo.
Si acc
serit r
ycien
moni
obten

I.
obser
ret,
pli b
telle
ne e,

2.
noru
auge
pate
adir
astie

PONTIFICIO

tidiè, atq̃amen non verentur doctrinam demoniorum predicare, & vrgere.

Contraria.

Non facias quod tibi rectum videtur.

Item, Vnusquisq; proprium donum habet ex Deo. Item, non se continent, nubant. Item Si acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Item, non est iniiciendus laqueus conscientijs. Item legi demoniorum de prohibitione coniugij, non est obtemperandum.

Finis.

Pontificius celibatus, directus est ad hosce fines.

1. Vt cultus superstitiosi, sine impedimento obseruari queant. Nam coniugibus graue foret, dies noctesq; perpetuò ferè in choro templi hoare aut rudere, aut tot preculas non intellectas murmurare, quot Monachi aut Nonne effurire solent.

2. Vt societates, & communicationes bonorum Ecclesiasticorum possent conseruari & augeri. Nam si in Coniugio viuerent, liberi paternorum bonorum hereditatem omni iure adirent. Hoc autem pacto, illa bona Ecclesiastica non crescerent tantoperè. Item, vt

V. 5

Epis-

PONTIFICO.

Episcopi & Canonici cateriq; prelati, maiori dignitate, pompa, amplioribus sumptibus splendide vivere possint. Nam ista excellentia, & potentia, & luxuria eneruaretur, si coniugium sacris ordinibus, uti vulgo nominantur admitteretur.

3. Ut plures hisce cultibus pontificijs seruiant, & ex illis communibus bonis saginentur, veluti porci in vna hora. Nam si illi sacrati homunciones, in coniugio legitimo & pio honeste & pie viuerent, pauciores locum haberent, & quomodo Plutonica regna complerentur?

4. Ut nobiles atq; ignobiles, liberos suos, quibus videntur abundare, in eam turbam, à communibus bonis Ecclesie visitantem, detrudere, ipsiq; eò splendidius & magnificentius sese gerere possint.

Politici viri, etiam hanc utilitatem ex isto cœlibatu pontificio capiunt, quod sine sumptibus plures habent comites & ministros. Nam Episcopi, Abbates, Canonici, & id genus hominum, aulas irrepunt, atq; officia suscipiunt, imò bellis quoq; gerendis tum pecunia, tum corporibus subueniunt, ne non Antichristi characteres satis superq; ostentent. Hinc est, quod multi politici exoptarent cœlibatum pontificij status conseruare.

Contraria.

Frustra

DE CONIUG.

*Frustra me colunt mandatis hominum.
Ue, Exite ab ea, scilicet Babylonica meretrice.*

DE CONIUGIO
sacerdotum.

*Ex ijs, quæ hæcenus percurrimus, facile
est tum argumenta validissima pro sacerdo-
tum coniugio colligere, tum nenas, quæ con-
tra obtendantur, diluere & destruere.*

*Probant autem istæ rationes, Episcopos,
sacerdotes seu ministros verbi Dei, quocunq;
censeantur nomine, bona conscientia in coniu-
gio viuere, Deoq; seruire posse.*

A communi natura hominum.

*Deus tam sacerdotes, quam alios homines
condit masculos, hoc est, vt sint idonei ad Con-
iugium. Ergo sacerdotes excludere ex coniu-
gio est pugnare contra Deum, & opus ipsius. Estq;
sacerdotium externus hominum status sicuti
Magistratus, sicuti agricolatus, aut præcepto-
ratus vt ita dicam, tantum verò variat mate-
rijs circa quam, quæ habent suum modum &
finem. Sicuti igitur esse iudicem, esse agrico-
lam, esse pedagogum, non mutat hominis natu-
ram à Deo creatam, neq; impedit coniugium,
sic nec sacerdotium. Non enim eò demen-
tia progressi sunt pontificij, vt eos quos in sa-
cerdotes legerent, naturæ membris priuarent,*

AN

DE CONIUG.

aut naturales appetitiones è corde exciderent. Fortè enim si id facimus ausi fuissent, pauciores sacerdotes accepissent. Imò ut hypocrisin tegant stolidi homines, volunt suos sacerdotes esse integro corpore, atq; Eunuchos non facile admittunt, quia patres dici volunt, & merentur quoq; egregiè suis adulterijs & fornicationibus.

Appetitiones propagandi sobolem, sunt storgæ physicae, quas vult Deus intra metas coniugij honesti & legitimi contineri. Ac fuissent illæ storgæ ordinatæ & pulcherrimæ, si non accessisset illa horribilis disturbatio & ataxia per peccatum. Nunc vero Deus vult in Coniugio, pietate regi æstus carnis, & frena quasi iuyici, ne extrâ consuetudinem Coniugalem eua- gentur. Itaq; cum storgis physicis bellû gerunt qui sacerdotibus Coniugia prohibent.

A consilio & præcepto Dei ad omnes homines pertinente.

Deus ipse sic pronunciat. Non est bonum homini esse solum, faciamus ei adiutorium. Hac vox Dei vera est ac durat, quam diu homines in hoc mundo viuere debent.

Sed sacerdotes etiâ pertinent ad hominû numerû, imò Adam ipse quoq; fuit sacerdos.

Argo

SACERDOTVM.

Ergo non est bonum sacerdotibus etiam-
num ipsos esse solos, sed debent habere suas
vitæ socias, hoc est Coniuges. Nam Deus in
hac sententia de coniugibus differit, non de Cō-
cubinis, non de meretricibus.

Hæc pertinet. Quos Deus coniunxit, homo
non separet. Sed masculos et feminas sine di-
stinctione ordinum aut conditionum, verbo suo
legitimè iungit Deus Coniugio. Ergo sacerdo-
tum Coniugia honesta, nemo vel impedire, vel
dirimere debet. Nam verbum Dei inquit, Non
est bonum homini esse solum. Bonum igitur
est homini, esse Coniugem, id est, sic est à Deo
ordinatum, sic placet Deo, & possunt bona
conscientia Coniuges, in eo vitæ genere viuere
& saluari.

Sed inquit, Christus excipit Eunuchos
propter regnum Dei? Respondeo, Deus ipse
excipit tales, peculiaribus donis à se instru-
tos, nec vult vt quisquam hominum, suo pri-
uato arbitrio eos eximat. Sicuti enim nemo
hominum, cuiquam dona castitatis infundere
potest, ita nemini liberum est, quemquam à
Coniugio honesto arcere.

Illustris & irrefragabilis est sententia
Pauli, quæ complectitur vniuersalem, connexa
grauissima causa, propter fornicationem inq̄
VNVS

SACERDOTVM

VNSQVISQVE vxorem suam habeat, & VNAQVAEQVE suum virum. Itē quod si non se continent, nubant. Audis vnumquemq; & vnamquamq; lege diuina adstringi, qui quæue non accepit à Deo (homines enim non possunt dare) Castitatis sanctæ donum, vt Matrimonio iungantur. Hic non audis sacerdotes. siue laicos distingui, sed vniuersalibus istis vocibus vnusquisq; & vnaqueq;, omnes comprehendi. Usitata autem regula est, Vbi textus non distinguit, nulla est distinctio admittenda. Omnes autem Paulus, non habentes donum Castitatis à Deo peculiare, euidens, certum, suis verbis constringit. Causa verò est grauissima, vt fornicationem vitent, quæ emanere non potest, vbi donum illud singulare et rarum castitatis non adest. Ne autem quis eam fornicationem, tantum de externa pollutione intelligat, Paulus clarè subiungit, Melius est nubere, quam vri. Nam illi interiores pruritus & fædi ardores, quibus sunt obnoxii in calibatu præternaturali viuentes, non quiescunt.

A singulari institutione
sacerdotum.

Paulus Episcopus, presbyteros & diaconos instituens, peculiariter facit mentionem coniugij ipsorum, nec Monachos, nec calibes sacerdotes

terdot
Oportet
vnius
permit
as hon
hoc fit
Loquit
angelic
minibu
Iohann
omnes
citur.
ponder
re Epi
dubio
si vel
Antic
sti post
gem p
sine v
diè no
repu
tres, c
Se
gia m
rys to
quibu
rura c

DE CONIUG.

cerdotes ordinat. Sic enim inquit 1. Timot. 3.
Oportet Episcopum irreprehensibilem esse,
vnius vxoris virum. His verbis non tantum
permittit Apostolus, vt Episcopi habeant su-
as honestas coniuges, Sed precipit etiam vt
hoc fiat, et contendit omnino sic fieri oportere.
Loquitur autem de ijs, qui donum castitatis
angelica à Deo non acceperunt. Nam id ab ho-
minibus habere non possunt, ac rarissimi sunt
Iohannes in mundo, imò ne Apostoli quidem
omnes, hoc dono fuerunt ornati, vt suo loco di-
citur. Ergo hoc Paulinum decretum, maximi
ponderis in Ecclesia Christi esse debet, oportere
Episcopum esse vnius vxoris virum, ac sine
dubio Anathema est, qui contrarium statuit,
si vel angelus de caelo existeret. Summa igitur
Antichristi imputentia est, qui in Ecclesia Chri-
sti posterioribus seculis, planè contrariam le-
gem protulit, nempe istam: Oportet Episcopum
sine vxore esse. Nam vxoratum Episcopum, ho-
diè non ferunt potificij. Scortatorem tamen nõ
repudiant, quia scilicet sunt Reuerendissimi pa-
tres, communiter plurimos habentes spurios.

Sed quia verba pauli, sacerdotum coniu-
gia manifestissimè stabiliunt, ideo variè à va-
rijs torta atq; conuulsa sunt, tum ab antiquis
quibusdam, tum etiam à iunioribus, qui nimi-
rura cælibatum potius vrgendum putauerunt.

Tit.

SACERDOTVM

Tit. 1. de presbyteris inquit Paulus. Con-
stituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego
iniunxi tibi, si quis sine crimine est, VNIVS
VXORIS VIR. Ista verba non per impru-
dentiam exciderunt S. Paulo, sed ex spiritu
sancto hac ipsa lex dictata est, presbyteros
(castitatis donum non habentes) tales prae-
ficiendos Ecclesijs, qui sint coniugati. Procul-
dubio autem, nō tantopere sibi constaret Pau-
lus in istis locis, si sacerdotes cœlibes voluisset
creare. Obseruandum igitur diligenter est,
vbi de constituendis & ordinandis Episcopis
presbyteris, & Diaconis quoq; , vt Paulus post
subyiciemus sacro sancta scriptura agit, nusquā
facit mentionem cœlibum sacerdotum, sed
vxoratorum. Recitatur autem causa hac gra-
uissima, oportere eiusmodi personas sacris
actionibus destinatos sine crimine existere.
At qui se continere nequeunt, vt Apostolus
loquitur, hoc est qui non sunt diuinitus prae-
diti angelico castitatis dono, sine crimine in hoc
amplissimo numere viuere nequeunt. Ergo
Deus vult, vt cum honesta coniuge, honeste
vitam agant.

Porrò quod Paulus disertè inquit Epis-
copi et presbyterum vniq; vxoris maritū esse
oportere, id imprimis Iudaicę cōsuetudini, que
tūc adhuc vigebat, oppōitur, vbi nō tantū laici
sed

SACERDOTVM.

sed etiam sacerdotes, plures simul habebant uxores. Longo enim usu ea consuetudo inualuerat. Sed Paulus norat, Christum reuocasse coniugij rationem, ad primam illam institutionem, ut tantum duo homines, mas nempe & femina isto uita genere consociarentur. Ergo voluit Episcopos, presbyteros, Diaconos, cetera Christianorum multitudini, hac ipsa in re quoq, nempe ut duo tantum in coniugio essent, praeire, & quasi illustri exemplo praeuocare.

De Diaconis porro (quorum longè aliud fuit tempore Apostolorum officium, quam nunc in regno pontificis Romani est) Paulus uidem clarissimis uerbis pronunciat: Diaconi sint *VNIVS VXORIS VIRI*; non inquit sint cœlibes, Ter igitur Apostolus Domini, uas electum, hanc legem diuinam iterauit, nec restrictionis ullius de tempore, ante vel post consecrationem fecit mentionem. Nam Antichristi partes illa fuerunt, legem istam diuinam à spiritu sancto dilatam, euertere, planeq, contrariam, iuxta Sathana sui Recloris inspirationem, qui aduersarius nuncupatur & est, sancire.

Est & illud memoria & consideratione dignissimum, in hisce tribus locis, semper librorum etiam mentionem fieri. Episcopum inquit

X

Paulus,

DE CONIUG.

Paulus, oportet filios habere obedientes cum omni gravitate. Presbyteri sunt constituendi, habentes filios fideles non luxuriosos, non inobedientes. Diaconi bene praesint filijs, & suis domibus. Iam si liberorum cura Episcopis, presbyteris, Diaconis demandatur. Ergo vult Paulus, ipse in coniugio vivere, operamque dare, ut fructus ventris quos Deus benigne donat, pie & recte, quod quidem ad ipsos attinet, educantur. Pugnat autem hac liberorum propriorum cura, cum lege Coelibatus, à pontifice Romano eiusque creaturis promulgata, seuque minis & supplicijs corroborata. Nullo autem modo concubinas sacerdotibus Paulus concedit, unde liberos procreant, ad quas quidem immundi coelibes in papatu conivent, atque inde Episcopi & officiales didicerunt quastum facere. O coelibes dignos Antichristi regno. Nam ad Christi regnum impuri isti hirci non pertinent.

Habes igitur, non ex decretis hominum, sed ex verbo Dei omnium liquidissimo, liquidissima testimonia, quod sacerdotibus sit licitum Coniuges honestas habere, earumque consuetudine frui, ac liberorum curam agere, imò quod Episcopos ac presbyteros omnes, Coniuges habere oporteat (Nam sic Apostolus loquitur) si se continere nequeant, ne videlicet sese tentationibus Diabolicis exponant, neque scandalo sint oviculis Christi.

A no-

SACERDOTVM.

A nota Antichristi.

Antichristi character, seu nota, est fugienda & execranda.

Sed lex de prohibitione Coniugij certo hominum generi, nempe sacerdotibus & Monachis, est ipsissima Antichristi nota.

Ergo ista lex fugienda, & execranda est.

Maior non eget probatione. Nam perspicue Paulus inquit. Nulla est conciliatio Christi & Belial. Item, Exite de medio eorum. 2. Cor: 6. Et Iohan: inquit, Si quis acceperit characterem bestie in fronte sua, aut manu sua, hic bibet de vino ira Dei, quod mixtum est mero in calice ira ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. Et sumus supplicij eorum, ascendet in secula seculorum. Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius. Apoc: 14.

Esse autem legem Celibatus in regno pontificio, seu prohibitionem Coniugij, notam seu characterem Antichristi, patet primum ex Pau-

X 2 lo 1 T4

DE CONIUG.

1o x. Timoth: 4. Spiritus inquit, certò dicit, quod nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, & doctrinis Demoniorum. In hypocrisis loquentium mendacium, & caueriatam habentes conscientiam suam, PROHIBENTIVM NVBERE, abstinere à cibis. Quis verò tanta area frontis erit, ut negare ausit, hic non describi notas siue characteres Antichristi? Demoniorum enim doctrinam appellat, prohibere coniugia. Notum autem est, Paulum Antichristo authorem, Ducem & rectorem attribuere Sathanã seu Diabolum. 2. Thess: 2.

Notent præterea pia pectora, ordinem rerum. Paulus x. Timoth: 3. Primum sancit hanc doctrinam, Episcopum oportere unius VXORIS esse virum. Deinde cap: 4. Mox ei parti, quasi agglutinat per Anathesin istam gravissimam commonesactionem, fore, ut Antichristus inspiratore Diabolo, Coniugium sit prohibitorium. Quinam igitur illi sint hisce nouissimis temporibus, qui austeram publicamque lege Coniugium prohibeant, oculis apertis dispiciant pontificij? In quorum libris extant illa decreta, de Celibatu perpetuo Ecclesiasticorum & sacrorum? An non pontificia statuta prohibent coniugia sacerdotibus? Cur igitur non agnoscunt Antichristi cha-

SACERDOTVM.

sti characterem? Cur non Damones suos duces, atq; rectores, hac in parte, iuxta vocem Pauli exhorrescunt? Cur id spiritui sancto, prorsus enormi blasphemia tribuunt, quod Apostolus adscribit Cacademonibus? O aperite oculos per Deum, quicumq; caractere isto demoniorum imbuti estis. Cogitate de fine, quem Iohannes in Apocalypsi, maximis verborum ponderibus vobis occurr. Deum, Deum caelestem magis, quam homines terrenos metuite. Salutem eternam anteferre momentaneis commodis ac delicijs.

Facilis ut inquit ille, descensus Auerni,
At renocare gradum, superasq; ascendere ad
Hoc opus hic labor est. (auras.

Dicitur autem, & est prohibitio Coniugij, eas ob causas doctrina Damoniorum. Primum quia est contra ordinationem Dei: Deinde, quia non est lex pudicitia, sed immundicia. Tertio, quia est carnisfina conscientia. Quarto, quia est fons horribilium scelerum.

Ad Minoris probationem, Danielis & Petri quoq; vaticinia iungantur. Nam Daniel praedicit, Antichristum de amore mulierum nihil intellecturum, hoc est, hostem Coniugij honesti futurum, ac prohibiturum amorem coniugalem.
Id vero

DE CONIUG.

Id verò cum Pauli verbis consonat, Antichri-
stum prohibiturum coniugia lege, idq, in finem
non unius tantum, sed multorum Diabolorum.
Voluit autem Paulus, creaturas Papa omnes
complecti.

2. Petr: 2. Scriptum est: Postremis tem-
poribus Magistratus mendaces futuros, introdu-
centes sectas mendaces, post carnem in concupis-
centia immundicia ambulantes. Item oculos ha-
bentes plenos adulterij. Hac autem, ad amissim
quadrant ad cœlibes Pontificios. Nam ipsi tor-
quent miserimas consensuas lege Cœlibatus,
ita ut perpeuo igne concupiscentiarum immun-
dissimarum deflagrent, ac non modo oculis, Sed
toto corpore horribilibus adulterijs, tum manife-
stis tum occultis, sese polluant.

Ab exemplo antiquissimorum sacerdotum.

Notum est omnibus, qui vetus Testamen-
tum legunt, ab initio mundi usq, ad Christum
saluatorem, toti mundo exhibitum, sacerdotes
Dei in Coniugio honesto vixisse, Deoq, docendo
& sacrificando gratos suaveq, olentes cultus ex-
hibuisse. Neq, verò Adam solus, qui primus in-
ter homines sacerdos fuit, in Coniugio vixit, Sed
etiam reliqui heròes ante diluuium, pietate &
sacerdotij dignitate præstantes, ut Seth, Enos,
Kenan,

SACERDOTVM.

Kenan, Mahalaleel, Jared, Henoch, Metusalah, Lamech. Sic deinde, non solum Noah coniunx, cum liberis coniugibus in arca conseruatus est, (non Monachi, non Nonna) sed etiam sacerdotes altissimi Dei, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moses, coniuges fuerunt, qui sacrificia Deo accepta saepe obtulerunt. Postea cum externum sacerdotium à Deo, summa cum Maestate in monte syna constitueretur, nulla lex de cœlibatu sacerdotum lata fuit, sed potius lex de coniugio sacerdotum ibi sonuit, & fuerunt Leuitæ ac pontifices Coniuges.

Ab exemplo Apostolorum.

Apostolos, nulla lege cœlibatus à Christo obstrictos fuisse, palàm est. In d. hac vox Christi, non minus ad Apostolos, quàm ad alios pertinet. Erunt duo in carnem vnã. Nec Petrus solum habet coniugam, cum esset primum delectus in numerum discipulorum Christi, vispotè cuius sororis mentio fiat. Matth. 8. Sed etiam postea circumferens Euangelium Christi, in varijs orbis terrarum partibus, eam secum circumduxit. Nam Paulus diserè scribit. Nunquid non habemus potestatem, sororem mulierculam circumducendi, sicut & ceteri APOSTOLI, & fratres Domini & CEPHAS. Aut solus ego, & Barnabas, non habemus potestatem hoc faciendi? 1. Cor. 9.

X 4

Onig

DE CONIUG.

Quin & Pontificij ipsi, ex suo illo Clemente citant passionem coniugis Petri, & quomodo ille eam ad constantiam, egregè adhortatus sit. Cur igitur, cum petrinissimi haberi velim, moderni pontificij, Petrum sacerdotem, in ducendis coniugibus non imitantur? Imò cur excommunicationibus, carceribus, ferro, flamma, aqua, immanissimè persequuntur, qui Petri exemplum in ducenda coniuge, sequuntur? Sed lex inquitur obstat? At quis vos iussit legem condere talem, qua contra Petri & Pauli, quos vos nomine magis quàm re ipsa colitis, doctrinam est? Audistis Paulum demoniorum doctrinam appellare eiusmodi prohibitionem Coniugij, Ac Petrus eos, ἑὸς ὄψις ἄσκηδους nominat. Quo ore igitur aliando, vulum Pauli & Petri sustinebitis? An non dicent, ὀ vos Demoniaci doctores, ὀ ἑὸς ὄψις ἄσκηδους , Sicine vos decuit, nostris abusi nominibus, ad excarnificandos & perdendos sacerdotes, tum corpore tum anima. Discedite a nobis, Antichristi nota deformes hirci.

Ab exemplo Ecclesiæ post Apostolos.

Constat, post Apostolorum tempora, multos Episcopos & sacerdotes in coniugio vixisse,
sine

SACERDOTVM.

sine vlla reprehensione, neq, vllam in Ecclesia Christi legem, de vniuersali prohibitione coniugij sacerdotum, longo tempore notam fuisse. Testatur enim Eusebius, plurimos Episcopos fuisse coniugatos. De Polycrate meminit, quod septem eius maiores fuerunt Episcopi, & hi coniuges habuerunt. Nec facit Eusebius vsquam mentionem, sacerdotibus prohibitum fuisse Matrimonium. Sic Athanasius, & alij Episcopi, extra omnem controuersiam coniuges habuerunt, uersus Nazianzenus, Basiliius, Hilarus, Chryso-stomus &c.

A Synodorum testimonio.

In Concilio Niceno, nonnulli quidem tentarunt eam legem statuere, sed grauitate Paphnutij Aegyptiani obientum est, ne ea lex promulgaretur. Nam ex verbo Dei asseuerabat, Honorabiles esse nuptias, & concubium cum legitima uxore, esse castitatem. Hac res argumento est, sacerdotes in Aegypto fuisse coniuges.

In Canonibus Apostolorum, Can: 5.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, uxorem suam ne eijciat Religionis prae-textu. Sin
X 5 autem

DE CONIUG.

autem eiecerit, segregetur. & si perseveret deponatur. Et cano: 39. Fortassis uxorem habet, aut filios, aut propinquos. Et Cano: 40. Si quis Episcopus, presbyter vel Diaconus, vel omnino ex sacerdoti numero, à nuptijs, carnibus & vino, non propter exercitationem, sed propter abominationem abstinet, oblitus quod omnia valde bona, & quod masculinum & femininum sicut Deus hominem, sed blasphemans calumniatur opificium, vel corrigatur, vel deponatur, & ex Ecclesia eiciatur. Similer & laicus.

Item Gangrensis can: 4. Si quis discernis inter presbyterum coniugatum, tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo abstinet, Anathema sui. dist: 28. C. si quis.

In synodo sexta. cano: 13. Quoniam Romana Ecclesia, pro Candone iraditum esse cognovimus, ut Diaconi vel presbyteri, qui digni qui ordinentur existimandi sunt, proficiantur, se non amplius suis uxoris coniungendos, nos antiquum Canonem Apostolice professionis ordinationisq, servantes, hominum, qui sunt in sacris, coniugia deinceps ex hoc temporis momento, firma & stabilia esse volumus. Nequaquam ~~eorum cum~~ uxoris coniunctionem dissolvent

163, vel

SACERDOTVM.

tes, vel eos mutua tempore conueniente consue-
tudine priuantes. Quamobrem si quis dignus in-
uentus fuerit, qui hypodiaconus, vel diaconus,
vel presbyter ordinetur, is ad talem gradum as-
sumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima
uxore cohabitet. Sed neq; ordinationis tempore
ab eo postuletur, ut proficatur se à legitima cum
uxore consuetudine abstenturum, ne ex eo à Deo
constitutas, & sua presentia benedictas nuptias
iniuria afficere cogantur. Euangelica voce cla-
mante. Que Deus coniunxit, homo non sepa-
ret, & Apostolo docente, Honorabiles nuptias,
& thorum immaculatum, & Alligatus es uxo-
ri, ne quere solutionem.

Item. Si quis præter Apostolicos Canones
incitatus sit aliquem eorum, qui sunt in sacris,
presbyterorum inquit vel Diaconorum, vel
hypodiaconorum, coniunctione cum legitima
uxore & consuetudine priuare, deponatur. Si-
militer & si quis presbyter vel Diaconus, suam
uxorem pietatis prætextu eiecerit, segregatur, &
si perseuerauerit, deponatur.

Ab Ecclesia Orientali.

Retinuit Ecclesia Orientalis sacerdotium
coniugium, ad hodiernum vsq; diem. Sed licet
ea Eccle

DE CONIUG.

ea Ecclesia, in pluribus degenerauerit à pristina puritate fidei, tamen non dubium est, quin Deu etiam in illis locis, omnibus seculis aliana uera sua Ecclesia membra retinuerit, ac retineat adhuc.

Sic & in Calabria. Item in Mosconia, coniugium sacerdotum est retentum.

A nouitate constitutionis.

Constat ex historia Ecclesie Christi, in primis pontifices Romanos, ubi Antichristi regnum, iuxta predictionem in Apocalypsi, confirmari, suasq; notas exerere debebat, coniugia sacerdotum legibus prohibuisse. Nam calixto, syrício, & imprimis Gregorio septimo, qui reuera propter horribilia scelera, qua etiam pontifici dissimulare non possunt, uas ira Dei exiuit, hoc immane facinus adscribunt, quod fraude & vi sacerdotibus, legitima coniugia interdixerit.

Notum etiam est, quod Germani sacerdotes, vix ante quingentos annos cogi potuerint, ut Romano Antichristo, hac in parte parerent. Obtinuit tamen tyrannis & superstitio, ut historia testantur.

A pontificij Iuris testimonijs.

Distincti

SACERDOTVM.

*Distinct: 28. clare inquit. Olim sacerdo-
res habuisse Coniuges, nec dum fuisse introdu-
ctam continentiam Ministrorum altaris.*

*Item Ecclesiam orientalem, non suscipere
generale votum castitatis.*

*Item adducit Canonem Apostolicum. Si
quis docuerit sacerdotem, sub obtentu Religionis
propriam uxorem contemnere, Anathema sit.*

*Item ex Concilio Gangrensi, Si quis dis-
cernit &c. vi supra.*

*Distinct: 31. Si quis nuptias in accusatio-
nem duxerit, ac mulierem fidelem & religiosam
cum viro suo dormientem, abominandam credi-
derit, aut etiam accusandam, tanquam non pos-
se coniugatos in regnum Dei ingredi, Anathema
sit.*

A Pontificiorum scriptorum suffragijs.

*Isidorus de vita Cleri: Clerici aut castimo-
niam non violati corporis perpetuo observare stu-
deant, aut certe vnus matrimonij vinculo foede-
rentur.*

*Aneas Sylvius dixit: Causas fuisse cur
sacerdo-*

DE CONIUG.

sacerdotibus interdicta sint conugia, Sed multo
graviore causas esse, quare ipsis restituenda sint
conugia.

Ulricus Episcopus Augustana Ecclesia,
scribit ad Nicolaum Papam gravem epistolam,
ex verbo Dei perspicue ostendens, sacerdotibus
conjugium honestum prohiberi non debere. Epi-
stola extat in paralipo: Vrsperg: sub Frid: 3.

Item refert Ulricus, ex scriptore Regule
Clericorum & hanc Regulam: Clericus si pud-
icus, aut certe unius Matrimonij vinculo fada-
ratus.

Polydorus Vergilius lib: 5. de Inventione
cap: 4. Sic scribit. Illud tamen dixerim, tan-
tum abfuisse, ut ista COACTA castitas, illam
conjugalem vicerit, ut etiam nullius delicti cri-
men maius ordini dedecus, plus mali religioni,
plus doloris omnibus bonis impresserit, iniusserit,
attulerit, quam sacerdotum libidinis labe. Pro-
inde forsitan tum è repub: Christiana, quam ex
ordinis usu esset, ut tandem aliquando ius publi-
ci Matrimonij sacerdotibus restitueretur, quod
ille sine infamia sanctè potius colerent, quam se
spurcissime eiusmodi natura vitio turpificerent,
&c.

A sceleribus occultis & Notorijs.

Prohibito Coniugio, sacerdotes Pontifici

181111

SACERDOTVM

totum orbem suis flagitijs, stupris, adulterijs, fornicationibus, & multis peccatis replerunt, id quod negari non potest. Nam concubinas sacerdotes, siue coquas, hoc est meretrices receperunt in domos, & factus est quaestus officialibus, qui pecuniam procurationis, qua potius scortationis nominari debebat, exegerunt. Loca illa perlustra, in quibus Papatus adhuc viget, & videlicet hoc pro exiguo peccato reputari, quod sacerdotes fornicantur. Imo Pygmius & alij, absq; rubore ausi sunt profueri, tolerabiliores esse fornicationes sacerdotum, quam honesta ipsorum Coniugia. Sic scilicet decet pietatem prodere.

In Canobys, quanta peccata verè Sodomitica perpetrentur, non est ignotum: Scribit S: Viricus Augustanus Episcopus horribilia exempla ad papam Romanum, quanta scelera lex de cœlibatu importet nempe, quod in vno viuario, Sex millia infantium capita sint reperta tempore Gregorij.

Nec sunt illa exempla particularia. Piscine prope Monasteria, in nouissimo die etiam clamabant, & reuelabunt illa scelera.

Quantopere autem in polijs, turba sacerdotum cœlibum, honestati publica noceat, quot matrona & puella ab ipsis contaminentur, nemo ignorat.

Roma, Sodomitica & Sibaritica illa scelera, ma-

DE CONIUG.

ra, magis regnant, & pro nullis peccatis reputantur. Debet enim iusto Dei iudicio, fornicationibus spiritualibus, adiuncta esse fornicatio corporalis.

ARGVMENTA PONTIFICIORVM, CONTRA sacerdotum conjugia.

I.

EX DICTO VETERIS Testamenti.

Mundamini qui portatis vasa Domini, Esa: 52. Ergo sacerdotibus omnibus in nouo Testamento, prohibitum est honestum Coniugium.

Respondeo. Nego consequentiam, quia est fallacia Elenchi, hoc est, Antecedens nihil dicit de Coniugio. Ergo consequens ineptè atq; insulse atroxitur; hoc est nulla est coherencia. Vt autem illusio magis pateat veritatem inquirentibus, tota argumentatio oculis subiiciatur.

Qui debent esse mundi, non debent uxores honestas ducere.

Sacerdotes debent esse mundi.

Ergo

SACERDOTVM.

Ergo sacerdotes non debent uxores honestas ducere.

Respondeo. Maior nupiam extat in sacris literis. Imò est principium Diabolicum. Ἀπὸ θεοῦ. Nam creatio & ordinatio Dei, manifestè hoc refutant. Voluit enim primos homines esse Mundos Deus, & condidit eos mundos, hoc est, absq; omni peccato, & tamen Matrimonio eos copulavit, & hanc sententiam ante Eam conditam profert: Non est BONVM hominem esse solum, faciamus ei ADIVTORIVM. Et Adam iuncta sibi, manu Altissimi Dei uxore, hanc legem toti posteritati tanquam summus sacerdos, dicitur, ERUNT DVO IN CARNEM VNAM, nec excipit ullos homines, quos quidem Deus ad Coniugium idoneos condidit. Et quod ista vox etiam in nouo Testamento valeat, sacerdos Christus eam publica voce repetit Matth: 19. Nec ibi discernit vocationes, aut Ordines hominum.

Imò refutat Maiorem etiam, perpetua & pia consuetudo in veteri Testamento. Nam non solum sacerdotes & patriarcha, ante constitutionem externi sub Mose, Verum etiam postea, vsq; ad Christum saluatorem, coniuges honestas habuerunt, & liberos educarunt, id quod instituari nemo potest.

¶

Equidem

DE CONIUG.

Equidem quartum praeceptum, *Mundici-*
um praecepit. Sed in eo Coniugium firmatur, abq;
omni discretionem ordinum. Non enim inquit
Sacerdotes, non debent esse patres aut matres,
Non debent habere liberos ex honestis uxoribus.
Imò hoc praeceptum sancit Coniugium inter om-
nes gentes & homines, nisi Deus peculiaribus
donis & vocationibus, aliquos excipiat.

Sed inquis: Novi Testamenti sacerdotes
excipiuntur? Respondeo. Et cur sacerdotes novi
Testamenti debent esse mundiores sacerdotibus
Veteris Testamenti? Imò hoc dictum proprie so-
nat de sacerdotibus Mosaicis. Nam hi debue-
runt esse mundi, & tamen vixerunt in coniugio
honesto.

Propterea considerem p̄j. manifestam strui
calumniam verbis Esaiæ. Nam is praecepit sacer-
dotibus Domini, ut non solum externis ritibus
se se purgent ac praeparent, ad amplectendū Mes-
siam, sed etiam ut fide eum cognoscant, accipi-
ant, & doctrinam Euangelij late spargant. Hinc
inquit: Quàm speciosi pedes super montes, an-
nunciantis & predicantis pacem, annunciantis
bonum (ista describunt Euangelij vocem) predi-
cantis salutem, dicentis ad Sion: Regnat Deus
iustus, (hoc est Messias venit) Cap: 52. Psal: 2.
Hæ

SACERDOTVM.

Hæc est illa vera & propria mundities, quàm propheta eo in loco exigit.

Quenam igitur est fatuitas, contra tantum clarum textum garrere, Mundamini, in contione ista prophetica idem esse, quod abiurare coniugium honestum in sacerdotio? Quis tam monstrosa & insana non horret, non detestatur? At tamen spiritus Antichristi, hisce prestigijs adhuc ludificatur homines.

Vanitatem & maliciam talium impostorum, adhuc planius inspicere. Sic etiam surgit Argumentum:

Mundities est, coniugium honestum prorsus per omnem viam abiurare, siue peculiare Dei ad eam rem donum habeas, siue non.

Sed sacerdotes debent esse mundi.

Ergo sacerdotes prorsus debent abiurare honestum coniugium.

Respondeo ad Maiorem, quis inter Ethnicos, nedum inter Christianos, eiusmodi deliramentum probare potest? Dicitur ratio Naturalis, Coniugium, ubi mas & femina honesto federe copulantur, & una viuunt, esse ordinationem Dei, qui adhuc hodie in mundo virumq; sexum pro sua beneuolentia & omnipotentia

T 2 condit,

DE CONIUG.

condit, non conditurus virumq; sexum. si coniugium honestum esset immundities, hoc est, quidam cum sua voluntate non conueniens. Nam hoc est principium immorum: Deus non condit immundiciem, nec delectatur immundicie. Est autem labes accessit ad suum opus, & ea labes in hominibus per parentes naturales propagatur, tamen Deus non est creator istius labis, nec eius approbator. Creat ipse substantiam hominis, sed non creat immundiciem in substantia hominis, quia ea est ex hominibus, ut alias copiosius explicatur.

S. Paulus inquit: Honorabile esse coniugium, & thorum immaculatum. Hebre: 13. Et iubet coniuges sibi inuicem DEBITVM reddere. 1. Corinb: 7. Sed tantus Apostolus, nequamquam iubet immundiciem.

Mundities itaq; Christiani hominis, siue ille sacerdos sit, siue laicus, est remissio peccatorum per fidem in Christum, & renouatio introducta per Spiritum sanctum, ut timor Dei, inuocatio, celebratio Dei, dilectio proximi &c. fugere peccata & scandala, & in sua vocatione pia, Deo seruire & hominibus. Impurus autem celibatus, intus flammis libidinum prurientibus, & foris membris sese polluentibus, visu ta-

Tu &
Diab
corpo

sacra

clesie

ta di

Ergo

mem

coni

non

quam

quid

runt

vna

fidem

vna

quan

quis

mita

at, q

ctita

ordin

quit

SACERDOTVM.

*Qu &c. Non est mundities, sed est balneum
Diaboli, & palus infernalis, omni spirituali &
corporali mundiciei contraria.*

*Ad lo & istud. Quis unquam dixit, solos
sacerdotes Mundos esse debere? An non tota Ec-
clesia Dei aliàs precipitur, ut sint mundi, iux-
ta dictum: Sancti estote, quia ego sanctus sum.
Ergo iuxta Dialecticam Antichristi omnibus
membris Ecclesia Christi prohibetur honestum
coniugium. Extra controuersiam enim est, quod
non requiratur maior sanctitas in sacerdote
quàm in quolibet Christi membro. Differunt
quidem Vocationes, & opera vocationis, disse-
runt & dona, sed vnus omnium est Christus,
vna doctrina, vnus baptismus, vna iusticia per
fidem, vnus sanctificator Spiritus sanctus, vna
vita aeterna, ac Spiritus Dei operatur, vbi,
quando, & quantum vult. Inde fit, ut furor ali-
quis interdum plus pietatis habeat, quàm Here-
mita. Agricola, plus sanctitatis interdum habe-
at, quàm sacrificulus aut Episcopus. Quia san-
ctitas & Mundities non sunt vllum hominum
ordinem alligata. Spiritus, vbi vult spirat, in-
quit Christus Ioham: 3.*

II.

RATIOCINATIO.

¶ 3

Sacerdo-

DE CONIUG.

Sacerdotes veteris Testamenti rem diuinam facturi, eo tempore abstinabant ab uxori-
bus.

Ergo multò magis sacerdotes in nouo Testamento, debent abiurare & perpetuò vitare honestam coniugium.

Respondeo. Nego consequentiam, quia nulla est connexio, hoc est sunt scopa dissoluta. Nam sacerdotes veteris Testamenti, hoc ex precepto Dei faciebant. Pontificij sacerdotes, non habent vllum mandatum Dei, de abiurando atq; vitando in eo vita genere, honesto coniugio. Imo ariende, quid Apostolus ille excellens, qui in tertio caelo fuit, tibi occinat: Esse inquit doctrinam demoniorum, prohibere coniugia. Ergo ista lex, de sacerdotum perpetuo cœlibatu, non Dei est doctrina, sed Diabolorum multorum, non Christi, sed Antichristi, non spiritus sancti, sed spirituum impostorum 1. Timoth. 4. Obtemperat igitur tu miselle homo, vouens & iurans perpetuam eustationem Coniugij, sine Dei precepto, & dono peculiari cuiusnam? Num Deo patri? Non. Num Christo? Non. Num spiritui sancto? Non. Sed ipsissimo Diabolo, teste Apostolo Paulo 1. Timoth. 4.

Item, Ad breue tempus tantum sacerdotes Mosaiici, à consuetudine coniugali abstinabant,
postea

SACERDOTVM.

postea coniugio iterum utebamur, iuxta Dei institutionem. At vos creaturae Papae, totum coniugium abiuratis contra Naturam vestram, & contra Dei ordinationem, & praeceptum.

Externus sacerdotum status, à Mose institutus, est abrogatus. Ergo & talis ritus. Nam error Antichristi est, in nouo Testamento, aliud externum sacerdotium, quod rite oblationes celebret, ad imitationem veteris, esse necessarium. Tota enim epistola ad Hebraeos, hunc errorem redarguit & confutat, grauissimisque argumentis adstruit atque euincit, vnicam oblationem consummatam esse sanctos, & externum Moysi sacerdotium esse abrogatum. Etsi enim Ecclesia Christi, ordinis gratia, deligit doctores, & Sacramentorum dispensatores, tamen quilibet Christianus, spiritalis est sacerdos, Roma. 12. 1. Petri 2. Apoca. 1. Totam autem huius Argumenti extruccionem, nonnihil inspiciamus. Sic autem contignatur:

Quicquid fecerunt sacerdotes veteris Testamenti, id multo magis, lausque, tenentur sacerdotes noui Testamenti facere.

Sed sacerdotes veteris Testamenti, eo tempore, quo rem diuinam facturi erant, abstinabant à Coniugijs.

Y 4

Ergo

DE CONIUG.

Ergo sacerdotes novi Testamenti, tenemur
OMNINO ab honesto Coniugio abstinere.

Respondeo. Maior est delira, & impia,
quia non habet ullum Dei verbum: Insuper ve-
tus illud atq; externum sacerdotium, est abroga-
tum: De nouo autem externo sacerdotio in re-
gno Christi, non extat mandatum diuinum. Imit-
tatio autem in rebus sacris, absq; Dei praecepto,
non tantum stulticia, sed & impietas est. Nam
haec Dei vox, ad omnes pertinet. Non facies,
quod tibi bonum videtur, sed quod EGO tibi
praecipio, hoc **TANTVM** facies.

Deinde in Conclusionem sunt plura, quam
in praemissis. Et quenam est isthaec collatio? Ipsi
ad breue tempus abstinnerunt ex mandato Dei.
Ergo nos per totum vita tempus, omnino abstin-
ebimus, idq; sine mandato. Quid est phanatiz-
mus, si hoc non est? Ab omni ratione abhorret,
tam stolidè & furiosè ratiocinari. Sed Anti-
christi Romani illusiones, hoc est doctrinam de-
moniorum, non docet alijs fundamentis nisi. In-
super reprobam prorsus mentem arguit, quod de
tam insulsis argumentis moniti Pontificij, tamen
nullo prorsus rubore suffunduntur. Sed amenes
ac furentes, notas Antichristi retinere cupiunt.

III.

RATIO

SACERDOTVM.
RATIOCINATIO.

Si Abimelech panes propositionis noluit dare seruis Dauidis, nisi confessis, quod triduo ab uxoribus abstinuissent 2. Reg. 21.

Ergo multo magis y debent in perpetuum ab honesto coniugio abstinere, qui panem illum manibus contrectant, qui est mundi uita.

Respondeo. Nego consequentiam, Quia nulla est connexio. Nam historia ibi nihil dicit de prohibitione Coniugij, tantum requirit Abimelech, ut eo die quo accipiunt panes consecratos ad exsaturandam famelicum corpus, immunes fuerint a consuetudine coniugali. Hic respondet Dauid alacriter, siquidem de mulieribus agatur, iam triduo sese abstinuisse, significans, non solum eo die, sese coniuges non attigisse. Nec fertur ibi lex sacerdotibus noui Testamenti. Proinde ineptissimum est, ex hac historia, demoniorum doctrinam de prohibitione Coniugij uelle obtinere.

Etsi autem Argumentum alio modo contextas, tamen res eodem redit, ut:

Panem sacrum manibus contrectantes, debent abstinere ab usu Coniugali, quoniam id faciunt.

I S

Sed

DE CONIUG.

Sed sacerdotes noui Testamenti, quotidiana panem sacrum manibus tractant.

Ergo debent quotidie abstinere ab usu coniugali, hoc est in unuersum ab honesto coniugio.

Respondeo Primum. Maior nuptiam exat in nouo Testamento. Deinde nego Minorem. Nam male tractant panem in suis priuata Missis missifices, quia sine uerbo Dei, imò contra institutionem Christi tractant. Nam Christus non instituit oblationem sui corporis & sanguinis in Cœna, sed Testamentum condidit, quo distribui sumentibus suum corpus cum pane, & suum sanguinem cum uino uoluit, ut sonant uerba manifesta, Accipite, comedite, Bibite ex hoc omnes &c. Accipere autem, comedere, bibere, non est offerre, sacrificare, sistere Deo patri. Nec iubet Christus, te sacrificulum tantum comedere & bibere, sed OMNES. Ergo priuata Missæ, quæ sunt ab uno homine, pro uiuis & mortuis, absq; distributione corporis & sanguinis Domini, sunt mera Antichristi opera, prophanantia sacram Cœnam, & permutantia eam in usum, non institutum à Christo, imò contra usum, quem Christus tradidit, & sunt furta totius Ecclesie, quibus hoc quod distribui debebat, hoc est comedi & bibi, Missæ solum ibi uorant

SACERDOTVM.

ac exorbet, tantum gestulationes quasdam more agyrtarum, stolido populo ostentans. Præterea à lege ceremoniali populi Iudaici à Deo traditis, & num aboliti, ad ritum Antichristi, carentem omni Dei verbo, imò prohibitum disertis verbis in nouo Testamento, nihil sequitur.

IIII.

EX DICTIS NOVI
TESTAMENTI.

Matth: 19. Sunt Eunuchi, qui seipfos castrauerunt propter regnum cælorum.

Ergo Sacerdotes omnes, debent abiurare honesta Coniugia.

Respondeo. Teneo consequentia in regno Antichristi. Nam is debet prohibere coniugia certa lege, eaq; in parte doctrinam Daemoniorum, a quibus obsidetur ac regitur, palam promulgare.

Sed in Ecclesia Christi, vanitas illationis palam per Dei gratiam cernitur. Nihil enim cohæret.

Christus ibi in genere de hominibus loquitur neq; ordinem aliquem definit aut designat.
Deiuda

DE CONIUG.

Deinde loquitur de miraculoso, ac diuino castitatis dono, ubi homo & corpore & anima mundus viuere potest, seseq; à coniugio abstinere, ut Deo impensius seruiat. Addit autem, Qui potest capere capiat. Et Paulò ante dixerat: Non omnes (audi, non omnes) capiunt uerbum hoc, Sed quibus datum est. Notanter inquit, quibus datum est, hoc est, quos Deus ex genere humano excerpit, ac singulari consilio, isto rarissimo dono propter causas graues exornat. Dona autem Dei peculiaria, rara, eximia, non sunt trahenda ad communem regulam. Non enim sua sunt in potestate hominis.

Et nota sunt alia praecepta: Vitanda fornicationis gratia, unusquisq; suam habeat coniugem. Item, Quae non continet, nubat. Melius est nubere quam uri.

Non tantum igitur manifesta vis inferitur dicto Christi, sed stupenda stoliditas in pontificijs deprehenditur, qui ex hoc dicto conantur impurissimum sacerdotum coelibatum stabiliri.

Argumentantur & tali ratione:

Si laici debent se castrare propter regnum Dei, multò id magis sacerdotes debent facere.

Sed

SACERDOTVM.

Sed omnibus hominibus hoc dicit Christus:
sunt qui se castrarunt propter regnum Dei.

Ergo multò magis sacerdotes debent se castrare propter regnum Dei.

Respondeo. Minor nequaquam respondet terminis Maioris. Debebat enim sic sonare. Sed laici debent se castrare propter regnum Dei. Hac autem falsissima est, & a mente dictoq; Christi alienissima est. Non enim statuit hic Christus praeceptum, sed narrat donum, item factum, & quidem singulare, ac rarum. Nam ibi expresse particularis ponitur, sunt, scilicet quidam. Disseritè asseuerat, Non omnes tales esse. Dicit quidem toti Ecclesiae hoc Christus, esse quosdam, qui semetipsos castrarint propter regnum Dei, sed non dicit, omnes sic esse debere. Addit etiam: Qui potest capere capiat. Minor itaq; non respondet Maiori.

Maior autem prorsus neganda est, quia haec non habentur in sacris literis. Nam non mandatur laicis, ut omnes castitatem extra coniugium praestent. Spiritualem quidem castitatem, etiam in ipso coniugio legitimo, praestare tenentur omnes Christiani, Sed ut omnes à Coniugio honesto abstineant, contra verbum & mandatum

DE CONIUG.

datum Dei est. Est autem spiritualis illa Castitas Christianorum, ope spiritus sancti, vagantes cogitationes, & motus cordis cohercere, verbagesiusq; frenare, ne quid libidinosi committant, & coniugio honesto esse contentum.

Porro merus est fanatismus atq; impossura, quod Pontificij de castitate sacerdotum suorum contendunt. Nam inter multa millia pontificiorum sacerdotum, non potes unum monstrare, qui sit mente & corpore castus, sed fere omnes sunt scortatores, adulteri, & pollutissimi homines. Imo non verentur Episcopi pontificij, procurationis pecuniam ab istis impuris hircis postulare, ut concubinam, hoc est meretricem ipsis alere liceat. Quam egregia igitur hac est ludificatio Diaboli? Papa sua Diabolica lege, ut Apostolus nominet, prohibet sacerdotibus coniugia, & vult omnes sacerdotes esse castos mente & corpore, id quod in hac deprauata, hominum natura, est impossibile. Ergo de facto ipso, recipit omnes sacerdotes (exceptis paucissimis) fornicatores, adulteros, saepe etiam incaestuosos.

Examina quaeso uniuersum papatum caelibem, in uniuersa Europa, & indica eos, qui mente & corpore post votum, impolluti per omnem aetatem vixerint? Vbi est ille catalogus? In-

vide d
Cardi
Mon
in om
Sacer
pessim

tem sp
nulla
re: T
nem
profs

prohi
ducer

ores
sunt i
moinu
cepe d

SACERDOTVM.

vide à Papis sanctissimis scortatoribus. Perge per Cardinales, per Episcopos, per Canonicos, per Monachos, per Sacerdotes: An non experientia in omnibus regionibus manifesta docet, plerasq; Sacerdotum domus, propter concubinas, esse turpissima lupanaria?

Insuper, reprobam in istis hominibus mentem specta. Non erubescit Pyghius, & alia nonnulla Papa monstravit & alibi mortui, oblaterare: Tolerabiliorem esse sacerdotum fornicationem, quam honestum conjugium. Hac vox prorsus est Diabolica, & tota Antichristi.

V.

RATIOCINATIO.

Quicquid Christus non precepit, id potest prohiberi.

Christus non precipit sacerdotibus uxores ducere.

Ergo sacerdotibus potest prohiberi, ne uxores ducant.

Respondeo. Neganda est Maior. Nam non sunt illaqueanda aut captiuanda conscientia hominum in Ecclesia Dei, nouis legibus humanis.

Deinde

DE CONIUG.

Deinde & Minor falsa est. Nam Christus de toto genere humano reperit hanc legem, ut homo adhaereat uxori sua, & sint duo in carnem unam. Sed Sacerdotes pontificy quoq, sunt homines. Tantum verò à Christo ad hoc praecepto eximuntur, qui singulari Dei consilio, dono castitatis Angelica sunt ornati. Hi verò in mundo sunt quàm rarissimi, ut gemma. Deinde Pauli doctrina est praeceptum, ut Episcopi & presbyteri, sint unius uxoris mariti 1. Timoth: 3. Tit. 1. Est igitur manifestum, & sceleratum mendacium, Christum non praecepisse sacerdotibus coniugium honestum.

VI.

RATIOCINATIO.
AB EXEMPLO CHRISTI.

Christus fuit caelebs.

Christus est sacerdos.

Ergo sacerdotes Christi omnes debent esse Caelibes, & abiurare honesta coniugia.

Respondeo. Stultorum plena sunt omnia. Vinam verò non ferent blasphemi. Plus autem est

in Conc
non est
intellig

am om
debent

tes, de

sacerd
etiam
dempt
debent
dos ob
pontifi
di. Chr
ram pa
tes, de
ac don
aut ob
na, au
deben

SACERDOTVM.

in Conclusionē, quam in præmissis. Nam Maior non est vniuersalis. Vt autem futilitas melius intelligatur, Sic resoluatur Argumentatio.

Quidquid Christus sacerdos fuit, id etiam omnes noui Testamenti sacerdotes esse debent.

Christus fuit cælebs.

Ergo omnes noui Testamenti sacerdotes, debent esse cælibes.

Respondedo. Maior est fanatica. Christus sacerdos fuit Deus. Ergo sacerdotes pontificij etiam debent esse Dij. Christus sacerdos fuit redemptor mundi. Ergo & pontificij sacerdotes, debent esse Saluatores mundi. Christus sacerdos obrulit semetipsam in ara crucis. Ergo & pontificij sacerdotes, debent in crucem suspendi. Christus sacerdos sedet ac regnat ad dexteram patris æterni. Ergo & pontificij sacerdotes, debent ad dexteram patris cælestis sedere ac dominari. Christus sacerdos non missificauit aut obrulit vnquam in templo Hierosylimitana, aut alio. Ergo & pontificij sacerdotes, non debent missificare in vlllo templo &c.

Causa autem, cur Christus voluerit esse cælebs,

⁂

cælebs,

DE CONIUG.

Cælebs, est manifesta, quia non venerat, gene-
ratione carnali homines multiplicare, Sed mul-
tiplicatos iuxta suam institutionem Gene: 1
saluare à peccato & morte, & spiritualiter
verbo ac spiritu, ad vitam æternam regenerare.

Postremò si isthac Argumentatio esset
vera, tum Coniugati Episcopi omnes, quos qui-
dem nequaq; reijcit vetus Ecclesia, essent
damnati, nihilq; excusationis meriti essent, li-
cet ante ordinationem in Coniugio extitissent.

VII.

RATIOCINATIO

Ex Apostolico Dicto.

1. Corint : 7. Qui sine vxore est, curat
quæ Domini sunt, quomodo placeat Dom: no.
Qui autem cum vxore est, curat quæ sunt m: n:
di, quomodo placeat vxori.

Ergo sacerdotes debent legé castitatis
adstringi, vt abiurent honestum coniugium per
omnem vitam.

Respondeo. Quæ ratio Consequentia? A
baculo scilicet ad angulum. Dictum generali-
ter loquitur de ijs, qui dono castitatis diuini-
tus

tus don
omnes
matrim
habent
Inquit
hoc est
culosun
exhibe
Item, v
Sed vn
Deo. A

S
Argun

Q
di & c
vxore

Se
rium l
licitud
vt pla

E
vxore

R
ex Ra
nem.

SACERDOTVM.

tus donato excellunt, nec tradit regulam, quod omnes debeant vitare seu abiurare honestum matrimonium. Manifeste enim discernit inter habentes donum castitatis, & non habentes. Inquit enim: Qui se non continent, nubant, hoc est qui non habent singulare illud ac miraculosum donum, animo & corpore castitatem exhibendi. Item inquit: Non peccant, nubant. Item, velim inquit omnes esse, sicut ego sum. Sed vnusquisq; **PROPRIVM** donum habet ex Deo. Alius quidem sic alius verò sic.

Sed opera precium est videre, quomodo Argumentationem extruant. Sic inquirunt:

Quicumq; debet esse sine solitudine mundi & curare vt placeat Deo, is debet esse sine vxore.

Sed sacerdotes pontificij ad iuge Ministerium Domini vocati, debent esse sine mundi solitudine, & totam mentis intendere curam, vt placeant Deo.

Ergo sacerdotes pontificij, debent esse sine vxore legitima & honesta.

Respondeo. Vides, non ex claro textu, sed ex Ratiocinatione procedere argumentationem.

¶ 2

Dein-

DE CONIUG.

Deinde Maior est falsa, & prorsus Antichristi seu Diabolica 1. Timoth. 4. prohibet enim ceu lege, quadam, honestum coniugium. Nusquam autem sacrae literae sic docent. Sane, Paulus loquitur de dono, item de facto, & ait eos qui ex singulari Dei munere Castitatem animi & corporis acceperunt, liberius posse Deo seruire. Nequaquam autem dicit, eos qui Deo seruire volunt, oportere legitimum coniugium abiurare. Nam hoc foret contra Decalogum, & alia illustria verbi diuini testimonia, quibus coniugium praecipitur & commendatur.

Ad Minorem respondeo. Pontificij sacerdotes, non habent omnes donum castitatis, Corpore in mente pure viuendi, & inter multa millia, ne vnum quidem inuenias. Imò manifesta experientia testatur, eos non tantum ardere intus ingentibus flammis libidinum, Sed etiam Corpore eas exercere. Concubinis enim siue coquis, vti vulgò nominantur, passim ipsorum aedes repletae sunt. Romam, ipsam sedem pōtificis maximi intueri, quanta meretricum in domibus Missificorum sit lerna & infernus. Discurrunt etiam ibi in templis illa spectra, item Fauni & Satyri, id quod toti mundo notum est.

Omnium

SACERDOTVM.

Omniū igitur maximè immundi sunt illi pontificij, sacerdotes, spiritualiter & corporaliter. Spiritualiter quidem, quia fornicantur cum Idolis, inuocant sanctos, procumbunt ad statuas, honorant truncos genuflexionibus, accensis candelis, thurificationibus, ornamentis, circumportationibus, acclamationibus, prædicationibus etc. Corporaliter verò, quia suis fornicationibus deformant sacerdotum dignitatem, dedecorant societatem hominum, hoc est respublicas, conspurcant Oeconomiam accersunt Sodomiticis suis flagitijs, priuatas & publicas pœnas.

Hæc cum ita reuera sese habeant, quomodo igitur quærerent pontificij illi sacerdotes, quæ Deo placerent? Imò potius totis viribus querunt, quæ Deo displiceant, idq; manifestè probari potest, Quia contra Dei præceptum 1. Timot. 4. abiurant honesta coniugia, Quia contra Christi præceptum, offerunt corpus & sanguinem Christi. Is enim inquit, Accipite comedite. Quia contra Christi præceptum, laicis subtrahunt sanguinem Christi, non minus pro laicis, quàm pro vinctis aut rasis sacrificalis profusum. Et Christus clara voce inquit: Bibite ex hoc OMNES. Quia contra Dei præceptum, inuocant mortuas creaturas. Nam

DE CONIUG.

Hæc Dei vox perspicua est, Dominum Deum
tuum adorabis etc.

Sunt igitur Diabolica illusiones, quod illi
Idolatra, & manifesti fornicatores, querant
qua Dei sunt, imo querunt qua sunt contrariou

VIII.

RATIOCINATIO.

EX DICTO I. Corint. 7.

Si ad tempus abstinendum est à re vxoria
propter orationem I. Corint. 7. Ergo illi qui
perpetuò orare debent, in vniuersum à coniugio
honesto abstinere debent.

Sed sacerdotes pontificij, quotidie debent
vel orare, vel sacrificare, vel tingere.

Ergo sacerdotes pontificij, perpetuo debent
ab honesto coniugio abstinere.

Respondeo. Non tota Maior ex verbo Dei
sumitur. Attextitur enim Antichristi, seu ipsius
Diaboli prohibitio coniugiorum honestorū.
Nam Paulus non de cælibibus docet, sed coniugatos
instituit, quorum quidem coniugium
egregiè approbat. Item dicit eam abstinentiam,

SACERDOTVM.

am, vtriusq; coniugis consensu fieri oportere,
Non ait legitiman viri & mulieris coniugium
improbari, aut abiurari debere: Item inquit,
& ITERVM conueniatis, ne tenter vos sata-
nas, propter in continentiam vestram. Quid
igitur ista ad demoniacam papæ legem, de pro-
hibitione Coniugij honesti inter sacerdotes per
omnem vitam? Apparet igitur non tantum
stolidissimè, sed etiam maliciosissimè detorque-
ri pulcherrimum S. Pauli dictum.

Minor quoq; non in omnibus partibus est
Consentanea verbo Dei. Nam sacerdotes pon-
tificij, non tenentur sacrificare quotidie ex præ-
cepto Christi, Ratio euidens est, quia nusquam
id sacerdotibus noui Testamenti præcepit Chri-
stus. Imò iubet Accipere, comederem, bibere,
hoc est distribuere suum Testamentum. Itaq;
Missificantes sub papatu, non faciunt quod
Christus sancit & iussit, sed quod Antichri-
stus iniunxit.

Deinde sacerdotes in suis orationibus
& Missis, sunt Idolatrae, mortuas creaturas
adorantes & colentes. Id quod contra Deum
est.

Baptisant porrò campanas & in Baptismo

Z 4

io.

DECONIUG:

in fantum, exorcisant aquam & Sal, id quod
superstitiosum est, quia aqua & Sal non pec-
carunt, nec sunt creaturae obfesse à Diabolo,
sed pertinent ad hoc dictum: Omnis creatura
Dei bona est.

Debebant igitur sacerdotes pontificij,
ista impia & superstitiosa opera intermittere,
ac potius Paulinae institutioni sese accommo-
dare.

Præterea Coniugium honestum, non
pugnat cum ordine vlllo, congruente cum ver-
bo Dei. Nec impedit bonum ordinem. Magistra-
tus est ordo, seu status vitæ, a Deo ordinatus,
& quidem debent illi quotidie Ius dicere, &
grauissima sua munia obire. Sed coniugium
non impedit Magistratum, nec pugnat cum eo
vitæ genere.

IX.

RATIOCYNATIO EX
VERBIS CHRISTI ET
Pauli.

Quicquid liberum est, id licet abinrere
vel seruare.

Con.

SACERDOTVM.

Coniugium est liberum permissum à Christi.
sto. Matth. 19. & à Paulo 1. Corinth. 7.

Ergo liberum est sacerdotibus pontificijs,
abiurare Coniugium honestum.

Respondeo ad Maiorem, quæ falsa est.
Non enim omnia, quæ liberè nobis permissa
sunt, licitum est abiurare: Nam abiuratio ne-
cessitatem statuit, ac tollit libertatem. Libe-
rum est comedere vno die, vel non, Sed in vno
uersum abiurare esum, id in vitio est.

Ad Minorem respondeo, Non tamen sim-
pliciter, aut absq; conditione, hominibus Con-
iugium est permissum liberum, id quod Minor
asolute inuoluit ac contegit, nempe illis est libe-
rum permissum coniugium honestum inire vel
non inire, qui donum Dei singulare, eximium
& rarum castitatis, spiritu & corpore præ-
standa, acciperunt. Diserte enim Christus in-
quit: Non OMNES capiunt verbum hoc, sed
quibus DATVM est. Item qui potest capere,
capiat.

Illis verò, quibus NON est datum, &
Qui NON possunt capere. Item, Qui NON pos-
sunt continere, nequaquam libertas concedi-
tur.

DE CONIUG.

tur, matrimonium honestum contrahendi, vel non, hoc est manere cœlibem, aut Coniugium honestum abiurare. Sed expressis verbis mandatur à Christo: Homo adhærebit uxori suæ. Erunt duo in carne vna. Et Paulus præcipit grauissimè: Propter fornicationem VNVSQVISQVE (hæc est vniuersalis de illis, non habentibus Angelicum castitatis donum) suam uxorem habeat. (Audi inquit habeat, non dicit abiuret coniugium honestum) Et vnaquaq; suum virum habeat. Item: Quod si non continent, nubant. Melius est enim nubere, quam vri.

Ex diametro itaq; lex pontificia, cum doctrina Christi & Apostolorum eius pugnat. Nam omnibus illis pontificijs sacerdotibus, ab iurantibus Coniugia honesta, DATVM esse à Deo hoc donum vt spiritu & mente castitatem Angelicam, per omnem vitam possint præstare, non solum incertum, sed palam quoq; falsum est.

Vbi igitur Christus inquit: Non omnes capiunt verbum hoc, Sed quibus datum est. Et, Qui potest capere, capiat. Ibi papa contra proclamat: Omnes sacerdotes debent capere, & abiurare honesta coniugia. Quid igitur

SACERDOTVM.

tur est Antichristum sese prabere, si hoc non est.

Patet itaq; fraus magna, quod ijs, quibus Deus propter naturæ infirmitatem, præcepit Coniugium honestum: pontificij nefario prohibent.

Abusus autem horum dictorum: Nihil erit vobis impossibile. Item, omnia possum per Christum, qui me confortat, huc nihil pertinent. Nam vicissim audi: Non tentabis Dominum Deum tuum. Si non habes Angelicæ continentie donum, non debes repudiare istud remedium, à Deo tibi, sic existenti, nõ tantum concessum, Sed etiam mandatum. Sicut enim iuste perit, qui pontem firmum in conspectu habens, tamen, quia omnia se posse per Christum crederet. Ipsum profundum ac rapidum flumen vellet siccis pedibus penetrare: Ita etiam merito libidinibus inconcessis sese polluit, qui sine coniugio honesto, cum non habeat Angelicæ castitatis donum, vitam inter homines vult agere.

Imò casta vita extra Coniugium, est quiddam consequens diuinum Castitatis Angelicæ donum. Oportet itaq; te prius certò ac reuera donum illud eximium castitatis habere, quam te ad viuendum extra coniugium honestum, obstringas.

Sec

DE CONIUG.

Sed Antichristum decet, ordinem rerum inuvertere, ac tanquam ἀντιχριστός, Deo sese audacter opponere. Docet autem experientia toto terrarum orbe, inter multa millia sacerdotum, abiurantium coniugium honestum, ne unum quidem reperiri, cui postea donum hoc castitatis spiritu & corpore, donetur. Quid igitur vexantur homines? Sed Antichristum decet, hac in parte esse publicum Coniugij honesti hostem.

X.

RATIOCINATIO.

EX LIBERA PERMISSIONE
Christi & Pauli.

Quicquid liberum est permixtum, aut consultitur, id non est impossibile præstitum. Nam quomodo consultaretur, quod esset impossibile.

Sed Coniugium, à Christo & Paulo permittitur liberum, & consultitur castitas.

Ergo sacerdotes pontificij debent abiurare honesta coniugia.

Respondes. Stoliditas, imo pertinax malicia

SACERDOTVM

licia ubiq; sese prodit. Primum autem plus est
in Conclusionem, quam in præmissis. Imò est Ad
ditamentum pontificale, quod vocat Paulus
doctrinam Dæmoniorum. Ruit igitur tota con-
tignatio.

Deinde. Maior est indistincta, quia habet
illam limitationem. scilicet ijs, quibus liberum
permittitur, aut consulitur aliquid. Nam accu-
rate obseruandum est, quid, quomodo, quibus
consulatur aut liberum permittatur. Maior
itaq; non est vniuersalis.

Minor quoq; perplexa & insidiosa est,
Quia non explicatur quibus, et quomodo per-
mittat Christus, aut consulat Paulus. Nam
Christus disertissime distinguit inter habentes
DONVM castitatis vere et Sanctæ, ex singula
ri ac raro Dei munere. Et inter non habentes.
Non OMNIBVS inquit est DATVM. Item, Qui
POTEST capere, capiat. Sunt Eunuchi inquit,
qui se castrauerunt propter regnum Dei. Do-
cet quosdam homines tales esse, non OMNES,
ac non iubet considerari sacerdotes tantum,
aut peculiarem ordinem hominum in vita hu-
mana, Sed eos inquam TANTVM, quibus
DATVM est, Quiq; POSSVNT capere. Ergo
& reliquis non permittit liberum Coniugium, sed
repetit

DECONIVG:

repetit eis primam illam Institutionem: Homo adhaerebit uxori suae. Et erunt duo in carnem unam.

Paulus consulit quidem castitatem spiritus & corporis, sed clara voce id consilium restringit TANTVM ad eos, qui DONVM castitatis à Deo habent. Sic enim inquit: Velim autem OMNES (Nec tamen ibi de solis sacerdotibus loquitur, sed de tota Ecclesia Christi) omnes in quàm homines esse, sicut me ipsum. Sed vnusquisq; proprium DONVM habet ex Deo. Alius quidem sic. Alius verò sic. Postea igitur subiunget: Qui se non CONTINENT (hoc est non habent illud castitatis DONVM) nubant. Melius est nubere, quam vri. Item, propter fornicationem &c.

Ista saepius iteranda sunt, propter Argumentorum pontificiorum insulsitatem; vt rudiores tantum verbis Christi & Apostoli, imitantur, neq; patiantur sese prestigijs demoniacarum doctrinarum inde abduci.

Minor igitur sic limitanda est. Non omnibus permittitur ea libertas, neq; consulitur omnibus, sed ijs duntaxat, qui peculiare Donum castitatis verè ac miraculose, à Deo acceperunt.

Ra-

RATIOCINATIO.

EX ALIO DICTO.

Roma .8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

Sacerdotes pontificij in honesto coniugio viuentes, essent in carne.

Ergo sacerdotes pontificij, in coniugio honesto viuentes, Deo placere non possunt.

Respondeo. Non tam in sulstas, quam effrenis malicia in detorquendo hoc etiam Pauli dicto, detestanda est. Nam Paulus inter se hæc duo opponit: In carne esse. Et: In Spiritu esse.

In carne esse, significat per spiritum sanctum renatum esse, excitari, ac regi in noua obedientia.

Infert igitur: Vas autem in carne non estis, sed in spiritu. si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Item, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Nil.

DE CONIUG.

Nihil itaq; hic de coniugij legibus docet Paulus, sed omnibus pijs ex æquo instillat doctrinam de frenanda carne, eiusq; concupiscentijs.

Ex hisce intelligetur, Minorem non solum fanaticam esse, sed & contumeliosam in præcepta, de honesto Coniugio esse. Nam si in carne viuere, idem est quod in coniugio viuere, nullum coniugium Deo placere potest, contra tot Decalogi præcepta, & alia sacræ scripturæ illustria testimonia.

XII.

RATIOCINATIO.

EX DICTO PAULI

I. Timoth. 5.

Adolescentiores Viduas deuota: Cum enim lasciuire cæperint aduersus Christum, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Ergo sacerdotes pontificij, debent adiurare honesta Coniugia, per omnem vitam non ineunda.

Respondeo. Quæ est consequentia? Nulla. Omnes

SACERDOTVM.

Omnes igitur sani homines, non modo fatuitatem in talibus nanis perspicunt, sed etiam Spiritum vertiginosum. Nam cum lex de prohibitione Coniugij inter sacerdotes, non sit à Deo fundata, ideo tam turpiter verbum Dei detorquetur.

Nihil autem prorsus vox Pauli continet, de Coelibatu sacerdotum. Deinde fides prima neq; in hoc loco, neq; vspiciam alibi in sacris literis, significat votum coelibatus. Neq; legitur, istas viduas vomisse castitatem. Sed hoc reprehendit Apostolus, quod lasciuiani contra Christum, Item quod fide in Christum abiecta, reuertantur ad iudaismum, infidelium matrimonio sese iungentes, & cura impijs fidem mutantes. Necessè est igitur, Pontificios illustriora sacra scriptura testimonia proferre, si velini suam legem de prohibitione Coniugij sacerdotum, toti Ecclesia persuadere.

XIII.

RATIOCINATIO.

AB EXEMPLIS.

Nullum legitur exemplum in Ecclesia Christi, quod sacerdotes duxerint uxores, licet in iusto crescentis Ecclesia coniugati viri sint deleti in Episcopos.

At

Ergo

DE CONIUG.

Ergo sacerdotibus, quia abiurarunt honesta Coniugia, nunquam per omnem vitam concedendum est honestum coniugium.

Respondeo. Est fallacia secundum non causam ut causam. Nam in historia Ecclesie, non solent eiusmodi res omnes describi. Satis autem est in Ecclesia Dei:

Primum, quod habeamus *VS* ipsum, hoc est vocem Dei, obligantem omnes homines ad honestum Coniugium, quibus non est cœlitus *DATVM* castitatis vera ac miraculosa *DO-NVM*. *Math: 19. 1. Corinth: 7.* Ex hoc igitur *DIVINO IVRE*, quod nullus Angelus aut homo infringere debet, de factis iudicium est faciendum.

Deinde habemus factum, quod Episcopi in primitiva Ecclesia aliquot seculis optima conscientia vixerint in Coniugio. Quod & sacerdotes, ac reliquis Clerus honesto coniugio vsu sint, Deoq; seruerint. Lex Pontificij fuit ignota. Imò cum Antichristus ea lege, doctrinam Dæmoniorum, ut vocat Paulus *1. Timoth. 4.* Præderet, plurimis in regnis, sacerdotes ex *IVRE DIVINO*, quod hætenus aliquoties adscripsimus, sese graviter opposuerunt. Sed vicit tyrannus Antichristi,

SACERDOTVM.

christi, *IVRVE DIVINO* oppresso, ut & do-
ctrinam Christi, verosq; eius cultus oppressit,
& Idola passim in iempla inuexit.

Habemus insuper exempla Orientalis
Ecclesie, qua legem istam pontificum Romano-
rum, tanquam Demoniorum doctrinam. *i. Ti-*
moth: 4. Constantiter reiecit, ac honesta sacerdo-
rum Coniugia retinuit, ac retinet adhuc, sicut
& Calabri & Moschi etiamnum sacerdotum
Coniugia inuentur.

Testatur historia, post mille annos demum,
sacerdotes in Germania coactos esse, ab honestis
Coniugiis sese abdicare, & paulatim fornican-
di licentia, vero timore ac cultu Dei extincto,
sacerdotibus adhibuit. Nam iusto Dei iudicio
Idolatrie, hoc est fornicationi spirituali, adiungi
debit corporalis fornicatio in templo Dei, ut
hoc pacto Nota Antichristi Romani, essent con-
spetiores ac terriores.

XIIII.

RATIOCINATIO.

AB EXEMPLO A- postolorum.

Quicquid fecerunt Apostoli, id sacerdoti-
bus quoq; pontificis faciendum est.

Aa 2

Sed

DE CONIUG.

Sed Apostoli, antequam scirent Euangelium, habebant quidem uxorem, sed postquam didicerunt Euangelium, & Apostoli facti sunt, consortium & officium maritale reliquerunt.

Ergo & Pontificij sacerdotes, ut ipse sub Euangelio uiuentes, debent abiurare coniugium honestum.

Minorem probant, Quia Petrus inquit. Matth: 19. Luca 18. Ecce nos relinquimus OMNIA, & secuti sumus te. Item, Omnis que reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, vel patrem, vel matrem, vel UXOREM, vel filios, vel agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.

Respondeo. Mirum est, viros eruditos & cordatos, tantum insulsiatam, imò maliciam in peruertendis scriptura sacra diuina tolerare. Sed ad argumentum respondebimus.

Maiores aperte falsa est. Quis enim unquam, hanc uniuersalem in verbo Dei legit? Num sacerdotes pontificij etiam sic currem per orbem terrarum docendo Euangelium, ut Apostoli? Num similiter Miracula adem? In quibus autem Ministri uerbi Dei Apostolos imitari debeant, in epistolis ipsorum satis liquet, nempe in

SACERDOTVM.

pe in doctrina, in fide, in Confessione, in Con-
stantia, in tolerantia crucis, in refutandis falsis
dogmatibus & cultibus, & similibus rebus. Pro-
hibitionem autem Coniugij, Apostolus non po-
stremus, disertis verbis appellat doctrinam da-
emoniorum. Sed Antichristus Romanus, eam le-
gem statuit. Ergo contra eximium Christi Apo-
stolum est, huic legi demoniaca, hoc est prohibi-
tione Coniugij, sese illigare atq; obstringere. Non
enim faciunt quod Apostoli sicerunt, quia con-
tra ipsorum luculentam doctrinam faciunt. Sunt
igitur Pontificij sacerdotes, aduersarij Pauli A-
postoli, organi Electi.

Minor quoq; falsissima est. Non enim tan-
tum omni verbo Dei destituitur, sed etiã contra
illud est. Nam Paulus testatur, Apostolos uxores
secum circumduxisse, ac sese eandem potestatem
habere 1. Corinth. 9. Item ait, Episcopum debe-
re unius VXORIS virum esse, hoc est in Coni-
ugio honesto viuere. 1. Timoth. 3. Tit. 1. Vanitas
vanitatum est, quod nugantur Pontificij, scilicet
ante ordinationem, quia hoc non est in textu.
Formam enim seu Ideam perpetuam Episcopi
describit, Semper talis esse debet in toto curriculo
sui Episcopatus, aliã & reliquas proprietates,
eodem Sophismate licetum esset eludere, quod in
principio talis esse deberet Episcopus, sed postea

DE CONIUG.

non. Sed hunc phanatissimum, merito explodit
Ecclesia Christi. Si porro pontificia historia vera
sunt, Petrus conjugem suam agnouit. & consolatus
est, euntem ad Martyrium. Insuper audi
Apostolum conionantem: Vxori vir debuum
reddat. Similiter autem vxor viro. Hac sine
omni omnium ordinum in genere humano dis-
crimine, pronunciat tamen Apostolus. Constat
ex historijs, etiam post Apostolorum tempora,
Episcopos in Coniugio honesto vixisse. Sunt igitur
ipsius ^{et} ^{id} ^{em} ^{commenta}, ista non pertinere
ad sacerdotes.

Quod ad dictorum Christi allegationem,
& peruersissimam applicationem attinet, mali-
cia est manifesta. Nam Petrus ibi perspicue
de facultatum relictione loquitur. Occasio erat,
quia Christus cuidam adolescenti, eia, pradiuini,
arroganti sibi legis diuinae impletionem, mandat,
ut diuenditis omnibus, qua possideret, usq; di-
stributis inter egenos, se sequeretur. Is vero hac
voce audita, deserto Christo discedit, mauiolens
relinere suas opes, quam ijs amissis, Christum
pauperem sectari. Ibi Petrus inquit: Ecce nos
reliquimus OMNIA (scilicet qua possedimus.)
& secuti sumus te. Nihil igitur hic de relictione
vxo-
ris loquitur. Imò si hoc fecisset Petrus, pec-
tasset. Nam Paulò ante Christus legem Coniugij
repetit-

SACERDOTVM.

repetierat: Quod maritus VXORI adherere debeat. Quod duo in carne una esse debeant, se-
seq, non seiungere.

Quod verò Christus pollicetur illis, qui
VXORES relinquunt propter suum Nomen, re-
tribulationem multiplicem, nequaquam docet,
sacerdotes noui Testamenti, debere honestum
Coniugium abiurare, aut non viuere in Coniu-
gio in suo Ministerio. Id verò ne per somnium
quidem animo concepit Christus. Sed hæc est do-
ctrina. Prædicit Christus propter Confessionem
sui Nominis, hoc est doctrina sancta, crucem,
persecutionem, exilia, supplicia. Ibi igitur pro-
missionibus luculentis consolatur confessores, si
forte contingat, ut per tyrannos abigantur ab ux-
oribus & liberis, vel coniuges rapiantur ad
Martyria, trucidentur.

At sacerdotes pontificij, extra tales perse-
cutiones, sua sponte abiurant honesta coniugia,
& Papa tanquam ævtriusq, lege sancit, ac pro-
hibet in vniuersum omnibus sacerdotibus Con-
iugia honesta.

Impijssimum itaq, scelus est, dictum Chri-
sti luculentum, tam nefaria malicia, ad doctri-
nam demoniorum detorquere. Quod autem
Spiritus Antichristi nihil erubescit, illa coram
voto mundo ebuccinare, ac libris impressis vul-
gare.

A a A g a r e a

DE CONIUG.

gare, id Diabolo impudentissimo imputandum est, miserimos homines tam horribiliter fascinant.

XV.

RATIOCINATIO.

Si oportet Episcopum unius uxoris esse maritum, Iohannes Euangelista cælebs, non fuit Episcopus.

Sed Iohannes Euangelista cælebs, fuit Episcopus.

Ergo non est de necessitate, ut Episcopus sit maritus.

Respondeo. Maior est fanatica, & non habet firmam coherentiam. Nam & oportet Episcopum esse unius uxoris virum: Est enim hæc regula à Paulo per Spiritum sanctum tradita: Et Iohannes cælebs, fuit verus Episcopus. Regula autem illa superior, & communis, non tollit exceptionem, quam nulla lex humana facere debet, sed quam ipse Deus facit. Excipit autem eos TANTVM, quibus DAT peculiare & miraculosum donum castitatis. Ergo hæc peculiaris exceptio, non pendet à lege humana, sed à mi-

SACERDOTVM.

à miraculoso Dei dono. Debent igitur omnes Episcopi & sacerdotes, quibus hoc miraculosum donum NON est concessum, iuxta Pauli sententiam, vnius uxoris mariti existere.

Impie itaq; facit Antichristus, quod contra S. Pauli, tanti scilicet serui Iesu Christi, manifestam doctrinam, legem vniuersalem statuit, quod omnes sacerdotes ab honesto matrimonio abstinere debeant, ac voto seu Iuramento eos adstringit, quibus quidem a Deo non est DATVM, ut possint mente & corpore caste viuere, estq; reuera illa Cacodemonum doctrina, de qua idem Apostolus Christi x. Timor: 4. prædicit, & istis infamibus Nominibus, autores atq; exactores istius legis, de prohibitione Coniugij in certo vita genere, publicè insignit. Vocat enim ipsos, Spiritus impostores, & addit qui sint inspiratores, nempe Damonia. Debebant autem ad hanc tam perspicuam Prophetiam Apostoli gentium, aut potius ipsius Spiritus sancti, cohorescere pontificij, ac legem illam absq; mora abolere. Sed idem Apostolus docet, Diabolum esse efficacem in filijs incredulitatis. Papatius nimis profunde sese in Antichristi notas immergit, ut ipsi sit difficile eluclari.

XVI.

Aa 5 RATIO

DE CONIUG.
RATIOCINATIO.
A STATVTIS PAPARVM
Romanorum.

*Quicquid Pape Romani statuunt, id vni-
uersa Christi Ecclesia tenetur obseruare.*

*Sed Calixtus, Syricus, Gregorius septi-
mus, statuerunt, sacerdotes non debere honestum
coniugium contrahere, sed illud abiurare in vni-
uersum.*

*Ergo lex, qua prohibentur sacerdotes du-
cere uxores, ac iubentur Coniugium abiurare,
totam Christi Ecclesiam obligat.*

*Respondeo. Maior est fulsissima, quia ver-
bum Dei nusquam hoc docet. Imo vox Christi
omnes Apostolos obligat, ne quid in Ecclesia do-
ceant aut mandent, quod non Christus ipse tra-
diderit, vel in genere, vel in specie. Sic enim in-
quit: Docentes eos seruare omnia, quaecumque
mandavi vobis. Matth: 28.*

*Nihil hic iactantias inanes curamus,
quod Papa sit vicarius Christi, quod sit successor
Petri. Nam si talis reuera esset, non deberet se
Christo opponere, & contra eius verba quic-
quam statuere.*

Nam

SACERDOTVM.

Nam Vicario non fas est, ut quaquam
contra sui Domini verba sanciat. Sed Papa pro-
hibet Coniugia sacerdotum, quæ Christus non
prohibuit. Christus inquit: Dominum Deum
icum adorabis. Papa contra inquit, sanctos
mortuos inuocate. Christus dixit. Bibite ex hoc
omnes. Papa inquit contra, vos laici non debetis
ex calice bibere sanguinem Christi. Christus di-
cit: Nolite ire in heremum & cellas, quæ sunt
Christum, hoc est Religionis ergo. At Papa ait:
Ite in cellas, & eas quidem varias, ut Augusti-
nianas, Benedictinas, Franciscanas, Bernhar-
dinas, Iesuinas, &c.

Insuper quis hoc potestatis tribuit Papa
Romano, ut toti Ecclesia Christi leges dicat?
Imo Ecclesia Orientales non parent Romano
presuli, & rectè quidem: Nulla enim diuina
lex ipsas obstringit.

Quod ad Minorem, isti Papa, fuerunt
hac in parte ministri demoniorum, & veri Spi-
ritus impostores. Nam sic Apostolus Paulus,
prohibentes nubere, claris verbis appellat. x. Ti-
moth. 4.

Sed spiritibus impostoribus, demoniacas
leges crepantibus, non est obtemperandum. Ergo
nec istorum Paparum statuis parendum est.

Aug.

DE CONIUG.

Anteferimus igitur statum istorum hominum qualiumcumque, vocem Archiepiscopi nostri Iesu Christi qui inquit: Erunt duo in carnem unam. Nec excipit illos, nisi qui singulari dono Castitatis à Deo sunt, ex omni reliquorum hominum cœtu excepti. Anteferimus & Pauli vocem, qui sine discrimine omnibus præcipit, ut qui se continere non valet, conjugium honestum expetat, neque ibi illos hominum status excipit, non tempus describit aut susceptum statum aliquem, vel postea. Ubi autem Deus non discernit ibi non est in regnum hominibus discernere, præsertim cum obligatione conscientia.

XVII.

RATIOCINATIO.

A PATRVM SVFFRAGIIS.

Quidquid patres censuerunt in suis scriptis, id rectum est.

Sed Hieronymus & alij nonnulli, vehementer stabilunt cœlibatum sacerdotum.

Ergo sacerdotes debent abiurare honesta Coniugia.

Respon-

SACERDOTVM.

Respondeo. Maior falsa est. Nam leges
Ecclesie Christi, conscientiam obligantes, non
pendent ab humana auctoritate. Deinde, sicubi
patres, quocumq; tandem censeantur nomine, a-
liquam legem ponunt, contra Dei verbum, tum
potior est habenda ratio verbi diuini, & patrum
errata adscribenda sunt carni humana, & malo
Spiritus impellenti, idq; ex hoc principio, Qui
peccatum facit ex Diabolo est, teste Iohann x.
Iohan: 3.

Ad Minorem respondeo. Sed id fecerunt
contra verbum Dei. Nam Christus & Paulus
diserte mandant, ut qui non habent donum casti-
tatis pura, coniugium honestum incant. Matth:
19. x. Corin: 7. Est igitur hic neuus, imò hoc
erratum patrum, nequaquam probandum.

Si auctoritas Valere debet, aequissimum
est, ut auctoritas diuina preponderet. Estq; vox
horrenda, prohibitionem Coniugij honesti, esse
doctrinam Demoniorum. Vidit enim Spiritus
Dei in Paulo, Antichristum hanc infamem
Notam vel maximè habituram, nempe legem
de prohibitionem Coniugij sacerdotum.

XVIII.

RATI

DE CONIUG.
RATIOCINATIO.
A CONCILIORVM
Decretis.

Quicquid Concilia decernunt, id omnes
Christi Ecclesia tenentur observare.

Sed quedam Concilia prohibuerunt sacer-
dotibus coniugia honesta.

Ergo tota Ecclesia Christi, tenetur hoc sta-
tutum observare.

Respondeo. Maior falsissima est. Nam
eiusmodi Axioma, in verbo Dei non est tradi-
tum. Est igitur Axioma Antichristianum.
Nam hac lege Papa Romanis, quicquid libuit
Ecclesie obruserit. Ecclesia autem Dei, vera,
istud potius habet principium: Omnes Christi, vo-
cem eius audiunt, alienum non sequuntur. Item:
Si quis aliud Evangelium docuerit, Anathema
sit. Item: Si quis hanc doctrinam, ab Apostolis
traditam, non attulerit, sit Anathema, Item: Si
quis non dixerit iuxta verbum hoc, id est tradi-
tum à Prophetis, non erit ei matutina lux. Ad
legem potius, & ad testimonium.

Conciliarum porro piorum auctoritas, ma-
ximè

SACERDOTVM.

ximi quidem ab omnibus Christianis facienda est, sed cum hoc perpetuo discrimine: Omnia probate, quod bonum est tenere. x. Thessal: 5. hoc est ut liberrimo spiritu, ea, qua non conveniunt doctrinae Prophetarum & Apostolorum, rejiciantur. Qua verò eis consentanea sunt, recipiantur, non quia Concilia ista dielant, sed quia ex illustri verbo Dei id proferunt. Nam concilia nulla in hoc mundo, potestatem habent condendi novos fidei articulos, aut quicquam statuendi aut iubendi, quod verbo Dei tuculemo contrarium est. Sicut enim Deus, est supra omnes creaturas, Ita verbum ipsius, antefurendum est omnium Angelorum aut hominum decretis.

Ad Minorem. Impie autem, & nefarie, hoc est contra verbum Dei perspicuum prohibuerunt. Nam Paulus disertè proficitur, esse Impostorum spirituum, & demoniorum doctrinam, prohibere coniugia. Estq; prophetia de Antichristo. Nam iste tam terra nota debuit sese insinquare ac infamare. Neq; est postrema Antichristi nota, sacerdotum pontificiorum omnium, manifesta abiaratio honesti coniugij, & effrenis fornicatio, qua uniuersus mundus polluitur. Decet enim fornicationem spiritualem fornicatio corporalis, tanquam comes indiuisus, ut historia omnium temporum ostendunt.

Deinde

DE CONIUG.

Deinde constat, quedam Concilia diuersim statuisse. Vt in Concilio Nibeno, Gangrensi, Constantinopolitano Sexto &c.

XIX.

RATIOCINATIO.
A VOTI RELIGIONE.

Quidquid vouisti, sancte etiam prestandum est.

Sed sacerdotes Pontificij, vouerunt ac iurauerunt, se per omnem vitam ab honesto Coniugio abstenturos esse.

Ergo sacerdotes Pontificij, tenentur per omnem vitam abstinere ab honesto coniugio.

Minorem operose probare nitumur, ex dictis veteris Testamenti, de Votis sonantibus.

Respondeo ad Maiorem. Duplicia sunt vota, pia scilicet seu licita, cum verbo Dei congruentia, & impia seu illicita, à verbo Dei aliena. Maior itaq; est indistincta. Debet igitur Maior tali pacto limitari, Quidquid iuxta verbum Dei vouerunt homines, id debent prestare.
Quod

SACERDOTVM.

Quod verò contra Dei verbum vouerunt homines, id nequaquam præstandum est, ne peccata peccatis adyctantur. Iephthæ peccabat vouendo, sese paritæ victoriæ Deo oblaturum, quicquid primò sibi domum reuerenti occurrisset Occurrit autem filia gratulatura parenti. Impie itaq; vouit, & impie impleuit votum, quia virumq; erat contra Dei verbum.

Ad Minorem. Sed hæc votum sacerdotes pontificij, contra Dei verbum fecerunt. Ratio est, quia non est illis omnibus donum castitatis DATVM, nec possunt capere verbum Christi. Et quia non possunt se continere, id quod experientia tot seculis satis superq; declarauit. Proinde non modò Deum tentant pontificij illi sacerdotes, abiurantes honesta coniugia, sed contra suas conscientias ex proposito iurant, quod nunquam præstare possunt, imò nec volunt præstare quia sciunt Concubinas seu coquas, saltè pro precio sibi relinqui, aut alias se reditibus non excidere, modò clam fornicentur, Vnde natum est hoc dictum: Si non caste, tamen caute. Sed nemo ipsorum scortationes & adulteria nouit, nisi Deus & totus mundus.

Nihil hic dicam de discrimine veteris Testamenti, & istorum in Papau. In presentia

Bb *entia*

DE CONIUG.

enim satis est, demonstratum esse, sacerdotum Pontificiorum iuramenta, quibus de obstrinxerunt ad castitatem impossibilem, esse temerariam & impiam, hoc est, contra verbum Dei.

Hoc tantum addo, quod vetera statuta, multò fuerunt mitiora & humaniora, recentioribus. Nam olim sacerdos ducens uxorem, ab ordine tantum remouebatur. Nunc autem carceribus puniuntur, & vita priuantur sacerdotes, uxores ducentes, id quod multa exempla hoc nostro seculo testantur. Hac autem crudelitas, respondet ipsi Demoniorum doctrinae. *Timoth: 4.* Diabolus enim est mendax & homicida. Semper coniuncta sunt, falsa dogmata & crudelitas.

XX.

RATIOCINATIO, EX STATV PONTIFICIO.

Opes Ecclesie sunt conseruanda.

Sed si sacerdotes Pontificij, viuere deberent in Coniugio honesto, tum Opes illae Ecclesiasticae attenuarentur, nec tot personae ad eas accessum haberent.

Ergo sacerdotes Pontificij debent abiurare honesta coniugia.

Respon

SACERDOTVM.

Respondeo. Maior est indistincta. Addendum enim est: Non contra Dei verbum. Nam opibus Ecclesie studere, contra Dei verbum, cum exitio animarum, & scelerum adauktione, non est licitum. Non itaq; quouis modo opes Ecclesie conseruanda sunt.

Deinde Minor est fallacia secundum non causam vt causam. Nam non sunt facienda mala, vt eueniant bona, teste Paulo. Praterca non est vera Minor. Nam vsum fructum tantum perciperent sacerdotes coniugati, Possessiones autem manerent Ecclesie, nec ab aliena ventur.

Quod autem pauciores opibus Ecclesie frui possent, id quoq; non tollit *IVS DIVINVM*. Nam in Papatu plerumq; sunt opulentissima Ecclesia. Deinde satis numerosa persona foueri possent, si iusta proportione earum opum fieret distributio, hoc est, vt fuci ignavi, non plus absumerent, quam apicula laborantes. Insuper necessaria persona, pia, erudita, laboriosa, ad operas Ecclesie, verbo Dei comprehensas, diligende ac sustentanda essent, inuulibus, ociosis, impositis, impijs, decaetoribus, remotis. Sed Antichristus non debet audire licet sit reuelatus, donec aduentu Christi, suum iudicium subeat.

Bb 2 RATI

RATIOCINATIO.

Dimittere minus bonum, propter maius non est vituperandum.

Sed sacerdotes Pontificij minus bonum, nempe Coniugium honestum dimittunt, propter maius bonum, ut liberius Deo seruiant.

Ergo sacerdotes pontificij, abiurantes Coniugium honestum propter suas operas, non sunt vituperandi.

Respondeo. Maior est indistincta. Nam isti regule, necesse est hanc limitationem adiungi: Nihil contra verbum Dei, quocumq; tandem humano pretextu, statuendum vel agendum esse. Ac certum est, homines in delectu ac secretionem bonorum, sæpius errare, & vana quadam persuasione decipi.

Deinde Minor simpliciter neganda est. Nam primum, Coniugium honestum, est ordinatio & mandatum Dei, ut omnes, qui Angelico castitatis dono pradi non sunt, eo vite genere viuantur. Sed sacerdotum Pontificiorum, Monachorum

SACERDOTVM.

horum, plerag, & precipua opera, non habent
ordinationem aut mandatum Dei, imò cum ijs
pugnant. Nam Missificatio illa priuata, & ob-
latio Christi, non est verbo Christi sancita. Inuo-
catio sanctorum mortuorum, & ipsorum cultu-
ra, non est à Deo praecepta, sed prohibita. Dein-
de Coniugium honestum, non pugnat cum vera
seruiente Dei, nec eam impedit. Imò est quasi
officina pietatis, in qua exercicia fidei locum
habent vel maximè. Nec temere factum est,
quod sapientissimus & sanctissimus Deus, pri-
mo loco in secunda tabula Decalogi, Coniugi-
um posuerit. Caelibum verò in Decalogo, nulla
fit mentio.

Insuper expendant hoc omnes serio timen-
tes Deum, quod abiurantes honestum Coniugi-
um, sine singulari & miraculoso Dei dono, id
quod est perpaucorum, seruiunt ipsis Dæmoni-
bus x. Timoth: 4. Nam illi necesse est eos serui-
tium prestare, cuius legibus sese deuinxerunt.
Sed sine dono peculiari & eximio Castitatis
Angelicae, Pontificij sacerdotes abiurant coniugi-
um honestum. Ergo necesse est, ipsos Dæmonij
seruire, id quod sanè horribile audiui est, sed
vniuersalis experientia id comprobat. Quomo-
do? Vide. Attende. Nam primum illi vitiosi li-
bidinum affectus non feriantur in corde caeli-
bun,

DE CONIUG.

bum sed recurrunt dormientibus & vigilanti-
bus. Deinde vero passim vides, sacerdotum il-
lorum domus esse lupanaria, foveri Concubinas,
coquas. Tertio, alias quoque, & se & alios pollu-
unt, interdum clam, interdum aperte. Impossi-
bile enim, est hoc genus hominum ociosum, vi-
uens in saturitate, non ardere pravis concupis-
centijs, & scelera perpetrare.

Vanitas autem vanitatum est, quod di-
cunt, post votum, seu abiurationem honesti con-
iugij, posse à Deo donum Castitatis dari, præ-
sertim orantibus, & sese exercemibus in pietate.
Nam tu non debes tentare Deum, & hoc prius
abiurare, quod tibi non est certò concessum. Qui
scis tu arcanam Dei voluntatem, quod tibi po-
stea velit Angelicam castitatem largiri, præser-
tim cum sit singulare & rarum donum? Cur
omnes pontificij sacerdotes abiurant Coniugium
honestum, nec admittuntur ad sacerdotium, nisi
iuramento se obstringant, se per omnem vitam à
coniugio abstenuros? Num certum est, quod
omnibus illis Pontificijs sacerdotibus, Deus Vult
Castitatem spiritus & corporis tribuere? Unde
hac constant? Ergo antequàm te Voto aut legi
Cœlibatus perpetui obstringeres, debebas esse cer-
tus, quod haberes à Deo hoc Angelicæ continen-
tiæ donum, nec debebas tanto vinculo te immit-
tere, in

SACERDOTVM.

tere, in incerta, dubia, & periculosissima. De-
bebant & Episcopi considerare, qua conscientia
miseros homines tantis iuramentis obligare pos-
sint, cum Deus prohibuerit 1. Timoth: 4. Cum
experientia publica testetur, falsa uouentes fieri
periuros, nec esse extra Coniugium honestè uine-
re, item cum talium fornicatorum cultus, aut
opera in templis, non placeant Deo, imò cum ta-
les impura sua vita, in aeternum exitium fra-
ntur. Sed ista surdis auribus cantantur. Auctori-
tas enim Pontificia, & amor voluptatum, &
metus periculorum memes & corda obcecant.
Sed quid filius Dei in nouissimo iudicio ad ista
dicit? Audies broni.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

Visum est docendi gratia, & de secundis
nuptiis pauca quedam subicere, ad euitandos
veterum quorundam, & recentiorum errores.
Nam Tertullianus. Marcionis deliramentis fas-
cinatus, secundas nuptias in uniuersum reijcit.
Nec est Origenes eis equus. Pontifex autem
Romanus, secundas nuptias Ecclesiasticis quoq;
personis adimit, imò abolet & primas.

Sed licitum esse pijs hominibus, absq; ordi-
nibus

B b A

nunt

DE SECUNDIS.

quam distinctione, hoc est siue laici illi sint siue Ecclesiastici, mortua priori coniuge, aut legitime separata, quae & pro mortua habetur, cum secunda vel etiam tertia, imò quoties necessitas exigat, legitime coniugium contrahere, ista rationes probant:

Quia Dei ista vox est, Erunt duo in carne una. Extincta igitur una coniuge, licet alteram ducere, ut & in eo coniugio, DVO sint in unam carnem. Matth. 19.

Quia Apostolus inquit: propter vitandam fornicationem, unusquisque habeat uxorem suam 1. Corinth. 7. Id dictum, non tantum intelligendum est de statu ante ductam Coniugem. Sed si uxor mortua est, eadem Dei vox manet & sonat, ut etiam postea evitanda fornicationis causa, propria uxor ducatur.

Quia idem Apostolus clarè inquit: Lex homini dominatur, quanto tempore vivit. Nam quae sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, SOLUTA est à lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, LIBERATA est à lege, ut NON sit adultera si fuerit cum alio viro.

Roma:

NUPTIIS.

Roma: 7. Eadem autem est lex Mulieris & vi-
ri. Ergo secunda nuptia viri^q, sunt permissa.

Quia idem inquit: VOLO iuniores vi-
duas nubere, filios procreare, matres familias esse
nullam occasionem dare aduersario ad male-
dicendum. x. Timoth. 5. Eadem autem lege &
maritus, orbatu sua coniuge, tenetur. Et vox
ista ad totam vitam hominis pertinet: Qui se
non continent nubant. Melius enim est nubere,
quam vri. i. Corinth: 7.

Quia Abraha & aliorum piorum exem-
pla, in sacris literis, extant, qui priori coniuge
mortua, aliam duxerunt.

Ex hisce rationibus, Ecclesia Christi recte
probat nuptias secundas, imò & tertias atq;
quartas, hoc est quoties necessitas exigat, modo
prior coniunx quam habuisti, vel sis mortua, vel
legitimè separata.

Rationes Tertulliani, sunt prorsus friuolæ
& ineptæ, ut:

Christus inquit: Erunt DVO in carnem
vnam. Quasi vero post mortem vnus coniugis,
ducta altera, non essent duo in carnem vnam.

B b 5 Nam

DE SECUNDIS.

Nam vult Christus, ne uno tempore plures, quam duae personae in Coniugio visant. Mortua autem coniunx, non est amplius tali pacto Coniunx, ut cum marito esset una caro, cui iuxta vocem diuinam adherendum esset derelicto patre & matre, sed fuit Coniunx & nunc viuens persona, soluta ac libera est à mortua persona. Illi igitur tantum dicuntur DVO in carnem unam, qui viuentes, iugo honesto Coniugij sunt copulati. Haec interpretatio nequaquam violenta aut falsa est, quia Apostolus Paulus tam luculenter suggerit atq; exponit Roma: 7. ut diximus.

Item inquit. Vna est Ecclesia, vnus sponsus, Cuius typus est Coniugium. Respondeo. Similitudines valent secundum quid. Idem autem Apostolus, qui hunc typum celebrat, diserte docet Rom: 7. Vxorem salutari esse à lege matrimonij, defuncto marito, & non peccare nubentem alij. Imo etiam in secundis nuptijs, ipse typus locum habet, quia & ibi DVO sunt in carnem unam.

Frigidius est, quod inquit: Deus unam duntaxat costam excerpit ex latere Ade. Ergo vnica tantum nuptia sunt concessa. Respondeo, Illa ratio adificationis mulieris, non sancit legem
Con-

NUPTIIS.

Coniugij. Imò Apostolus Paulus, vt annotauimus, secundas nuptias probat. Rom: 7. Hoc est testimonium expressum ac diuinum de secundis nuptijs, quod quidem allegorijs illis longè est anteferendum.

Ineptius est, quod vir tantus non veretur afferre. Christum tantum semel nuptijs interfuisse. Nam id factum Christi, nulla firma consequentia secundas nuptias, legitime factas, prohibet.

Pontifex Romanus, tyrannide & superstitione nunc obrinuit, vt Ecclesiasticis personis, & prima & secunde nuptiæ sint interdicta. Damnat igitur in Ecclesijs reformatis iuxta verbum Dei, tum primas, tum secundas nuptias sacerdotum. Sed potius audienda est vox Dei in S: Paulo, quam vox auidèod in Papa.

Nuga sunt mera, quod sit bigamia, si quis Episcopus aut sacerdos, in Ecclesijs Christi sincerus, mortua priori coniuge ducat alteram vel etiam tertiam, eadem necessitate compulsus. Sed norunt omnes eruditi, Bigamiam dici, quando quis vno tempore duas habet uxores. Ex Apostolo autem constat, eum qui post uxorem in vi-

uis 179.

DE SECVNDIS.

is manet liberatum esse à lege Matrimonij. Nam id tantum in hac vita durat. Ergo copulatio quoque, ulterius non obligat.

Et Canon 16. Apost: non est consentaneus doctrina Apostolica Rom: 7. Itaque, non subsistit, & merito subrepticus estimatur.

Non igitur dubium est, quin pii sacerdotes, ex Dei praecepto, si non sint praediti dono continentiae, debeant in Coniugio honesto vivere, & quod una extincta per Dei voluntatem, possint aliam honesta copulatione ducere. Blasphemias Antichristi usque, deique, facimus. Potior enim pijs mentibus esse debet, fauor Dei, & bona conscientia, nitens verbo Dei perspicuo, quam carnificinae conscientiarum, & scelera, quibus Deus offenditur, & salus animae in discrimen venit.

CONCLUSIO HV. ius tractatus.

Hac habui, quae per Dei gratiam hoc tempore, de Coniugio, Ecclesiae Dei communicanda putavi. Varios autem casus, & iudicia de eis, Consistorijs relinquo. In praesentia enim tantum visum est, illustrem de Coniugio doctrinam reperere.

NVPTIIS.


petere. Omnipotens Deus, creator & fundator
Coniugij, hunc prestantissimum Vite statum
conseruare, & ab omnibus contaminatio-
nibus prestigatorum & scelerato-
rum hominum, clementer pro-
tegere dignetur,
Amen.

LAUS DEO PATRI, FILIO ET
SPIRITUI SANCTO.





PHEN.Æ.


Ex Officina Donati Rich-
tzenhani,
















Th
752